






600035346R



MYCOLOGIA EUROPAEA

SEU

COMPLETA OMNIUM FUNGORUM IN VARIIS EUROPAEAE REGIONIBUS DETECTORUM ENUMERATIO,

METHODO NATURALI DISPOSITA;

DESCRIPTIONE SUCCINCTA, SYNONYMIA SELECTA ET OBSERVATIONIBUS CRITICIS ADDITIS.

ELABORATA

A

C. H. PERSOON.

SECTIO PRIMA.

CUM TABULIS XII COLORATIS.

ERLANGAE

IMPENSIBUS IOANNI IACOBI PALMII.

CIↃ IↃ CCCXXII.

MYCOLOGIA.

CLASSIS PRIMA.

Fungi *exosporii* thecas aut sporulas (sporangia) in receptaculo *aperto* (in statu maturo), forma vario, plerumque dilatato proferentes.

ORDO PRIMUS.

TRICHOMYCI seu fungi byssoidei, filamentosi, aut fibrosi, rigidi, rarissime subtremellosi; nunc simplices, nunc vero plus minusve intertexti, floccos pannumque referentes, passim septati. *Sporulae*, thecis non inclusae, vel sunt dispersae, vel in capitulum, spiculam, racemulum aut verticillatim aggregatae, passim seriatim dispositae, et in nonnullis, hujus ordinis, fungis omnino nullae aut saltem nondum observatae.

I. Erineum. *Fila* simplicia (brevia), rigida, in cespitulum aggregata, attenuata, aut turbinata, vel in crustam oblitterata.

* Phyllerium, *filis tenuioribus, crassitudine aequalibus.*

1. *rubeum*, effusum mollissimum griseo-virens.

Habitat in parte superiore foliorum Rubi *corylifolii.* Cespituli applanati, forma et magnitudine varii, ½ unciam et ultra lati. Fila tenuissima, recta.

An Phyllerium *Rubi*, effusum planiusculum album, floccis subintricatis rectis cylindricis apice acuminatis. *Fries Obs. Mycolog. 2. p. 371.* junior hujus speciei aetas?

Obs. Ambiguum est vegetabile, nam et Bedeguar in ramis Ruborum passim occurrens huic quoad colorem est simile, attamen filis crassioribus et paullo rigidioribus differt.

2. *juglandinum*, cespitulis immersis applanatis majusculis dilute pallidis.

Hab. in fol. Juglandis *regiae.* Sub nomine E. *Juglandis* a nonnullis descriptum. Fila tenuia, brevissima, mollia, caespitulos efficiunt saepius lineari-quadrangulares, majusculos, nonnunquam orbiculares immersos.

---

*) *Erinea* vegetabilia sunt ambigua, aspora incertaeque originis, in foliis, plerumque arborum, adhuc virentibus proveniunt: *Bedeguar* rosarum aliarumque plantarum non dissimilia, nec

3. *tiliaceum*, cespitulis pulvinatis subrotundis confertis opace pallidis. *Synops: fung. p. 700.*

β. Tiliae albae, cespitulis immersis superis.

γ. roseum, subcrustaceum rubro-roseum.

Phyllerium *tiliaceum*. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 219.*

Crescit var. *α.* in Tilia *europea*, et plerumque in superficie fol. inferiore, aestate; *β.* in Hungaria lecta et mecum communicata a D. *Funck*, in pagina fol. superiore occurrit, ubi cupulas sistit; *γ.* vere collecta a D. *Chaillet* (prope Neuchâtel) etiam suprafoliacea est, sed adhuc junior plantula videtur, textura enim est subgrumosa.

4. *coryleum*, cespitulis immersis opaco-griseis subvariegatis inferis.

Rarius in fol. coryli Avellanae crescit.

Cespituli cupulaeformes, molles, 2-3 lin. lati, subrubro-variegati.

5. *quercinum*, cespitulis immersis laxis rufescente-pallidis nitidis.

Phyllerium *quercinum*. *Kunze Mycol. Hefte 1. p. 87.*

tamen, ut illa, insectorum opera sunt. Nunc superficialia, subeffusa, nunc immersa, cupulas seu depressiones in foliis (plerumque in pagina inferiore) efformant. Colore sunt pallida, lutescentia, badia, passim rubella vel albida in aetate praesertim juniore.

Hab. in fol. Quercus *pubescentis.* Fila compressa, intricata, mollia.

6. *Vitis*, cespitulis majusculis immersis effusisque subpulvinatis, primo albido-roseis, dein spadiceis.

Erineum *vitis.* Duval et Phyllerium *viteum Fries.*

Frequens in fol. Vitis *viniferae* et *laciniatae.* Cespituli congesti, subconfluentes.

7. *pyrinum*, effusum sublaxum flavo ferrugineum. *Syn. fung. p. 700.*

Hab. in fol. Pyri parte superiore.

8. *sorbeum*, effusum laxum superficiale confluens spadiceum.

Crescit in utraque superficie fol. Sorbi Aucupariae. Lanam refert et habitu a consimilibus parum recedit. — Primum album, exsiccatum, flavescens. *Fries Obs. I. p. 218.*

9. *mespilinum*, irregulare effusum ex rufescente olivaceum, filis compressis membranaceis. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 13.* †

Hab. in Mespilo germanica.

10. *ilicinum*, superficiale, primo orbiculare, dein effusum opacum umbrinum. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 14. Funck Pl. cryptog. n. 505.*

Hab. in Europa meridionali ad fol. quercus *Ilicis.* Ab initio albidum, tunc rufum,

demum opace spadiceum, nonnunquam totam superficiem occupat.

11. *Alni incani*, superficiale subpulvinatum rufo-badium, filis tortis aequalibus.

Erineum alneum. *Nees d'Esenbeck Comment. p. 14. t. 1. f. 10.*

Hab. in Helvetia. Cespituli forma et filorum structura ab E. *alneo* distinctum.

12. *Platanoidis*, filis densissime intricatis tenuissimis albido-cinereis. Phyllerium acerinum. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 218.* †

In fol. Aceris *plantanoidis*, vere; in utraque pagina crescere dicitur.

13. *Gei*, floccis subliberis tenuissimis rectiusculis filiformibus albidis. *Fries l. c. p. 200.* †

In fol. Gei rivalis, immersum; habitu a reliquis recedit. Fr. Forte junior adhuc plantula quae in monte Kullaberg in Suecia lecta.

** Grumaria, *filis rigidioribus, incrassatis turbinatis aut cupulatis, passim difformibus.*

14. *Pseudoplatani*, subrotundum (profunde) immersum umbrinum, floccis (filis) dense intertextis longissimis crassis. *Schmidt Mycolog. Hefte 1. p. 84.* sub *Phyllerio.*

Hab. in Lusatia superiore ad folia A. *pseudoplatani.* Cespit. 2 - 3 lin. lati, plerumque orbiculares ita immersi ut fol. bullata reddant.

Color ab initio albido - pallens, dein aureo - nitens, tandem umbrinus. S.

15. *acerinum*, superficiale, passim immersum cespitulis variis, primo pallidis (roseis albidisque) dein spadiceis. *Syn. fung. p. 700.*

Hab. copiose inferne in fol. Aceris *Platanoidis*, ubi colore plerumque badium, sed etiam griseo - fuscum nec non irregulare effusum; in Acere *campestri* plerumque pallidum fere grumosum; in A. *Pseudoplatano* laete spadiceum, magis molle et in A. *Opulifolio* primo roseum dein lutescens; hinc ab auctoribus minus recte plures constitutae sunt species.

16. *fagineum*, cespitulis immersis confertis subrotundis obscure badiis. *Synops. fung. p. 700. Nees System der Pilze t. 5. f. 63.*

β. Fagi *purpurei*, caespitulis amoene purpureis.

Non infrequens in fol. Fagi *sylvaticae*, sed magis versus marginem superiorem. Ab initio album, tenerum et tunc Erineum *lacteum*, *Fries Obs. Mycol. 2. p. 371*, videtur.

17. *betulinum* effusum planiusculum primo subgrumosum albidum, purpureum et roseum, dein rubiginosum obscurum.

Cresc. in utraque pagina fol. Betulae *albae*, sed magis in superiore, praesertim si co-

lore est rubro. Huc pertinent ut varietates E. *betulinum roseum* et *purpureum* auctorum.

18. *Pyracanthae*, superficiale oblongum obscure rubrum subgrumosum. — *Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 13.*

Hab. in Gallia meridionali in Mespilo Pyracantha. An color constans remanet? Fila subdifformia, capitata.

19. *Oxyacanthae*, sublineare immersum dilute flavum nitidum, foliorum marginibus replicatis.

In Crataego *Oxyacantha*. L. rarius crescit, nonnunquam ad latera nervi principalis occurrit, plerumque vero ad margines foliorum nunc reflexos oritur.

20. *populinum*, cespitulis orbicularibus immersis grumosis opacis spadiceis. *Syn. fung. p. 700.*

Frequens in fol. Populi *Tremulae*.

21. *alneum*, grumosum effusum superficiale fulvo-ferrugineum, subnitidum. *Syn. p. 701.*

In Alno *glutinosa*, sed minus frequens.

22. *nervisequum*, superficiale lineare paralelum grumoso-farinaceum albido-pallens. *Schmidt* et *Kunze Fung. Germ. exsicc. fasc. 7. no. 175.*

Hab. in Lusatia, in fol. fagineis adhuc junioribus. Forte nondum plane evoluta spe-

cies est, quae, secundum auctores, primo pallide rosea est, et dein pallens. Fibrillae crassae, elongato-clavaeformes.

*** Taphria, *filis brevissimis subobsoletis, in crustam aggregatis.*

23. *aureum*, cespitulis dilatato-depressis magnis aureis. *Syn. fung. p. 700.*

β. cinereum, cespitulis minoribus cinerescentibus.

Provenit passim in Populo *nigra*, *β.* in P. *fastigiata* lecta et mihi missa, cujusque color alienus aetati veteriori attribuendus videtur cum *α.* etiam colorem suum flavum in griseum fere commutet.

24. *griseum*, superficiale tenuissimum orbiculare plerumque effusum griseo-cinereum.

Erineum *platanoideum*, latissime effusum superficiale infrafoliaceum tenue cinereum, cupulis irregularibus variis. *Fries Obs. p. 229?* (vix ob fila cupulata).

Hab. in fol. fere exsiccatis Aceris platanoidis et Quercuum. Sub lente tenuiter villosum.

25. *leprosum*, late crustaceum compactum tenue villosum flavescens. †

Autumno satis frequens ad folia viridia quercina, latas maculas exhibens. Vix hujus generis, sed ubi referendum. ?

26. *Cassiae*, angustum nervisequum flavescens.

Inveni ad latera venarum fol. Cassiae *marylandicae* (cultae). Cespituli lineares subinterrupti.

27. *hyperici* effusum tenue lutescens.

Passim in Hyperico Nummularia, cujus folia fere tota obtegit.

---

† Byssi discretae *filis plerumque rigidis (nigris) non intertextis gaudentes sporulis ubique adspersis.*

II. Fumago. Crustaeformis (nigra) ex materie subcompacta, fibrillis raris intertexta formata, foliis afflata. (*Color niger.*)

* *Conformatione aequali.*

1. *vagans*, late effusa subtuberculosa.

Aestate et autumni initio, durante praesertim aëre calido, folia *Tiliae*, *Aceris*, *Ulmi*, *Populi*, *Alni* et *Salicis*, materie nigra obducta inveniuntur, si fumo exposita fuissent.

2. *Mali*, orbicularis tenuis subpulverulenta.

Rarius in fol. Pyri Mali occurrit. An hujus generis?

** Polychaeton, *crustaceum magis villosum, setulis rigidis sparsis distinctum.*

3. *Quercinum*, late effusum submembranaceum aterrimum, setis densis rigidis.

Valde rare occurrit in fol. quercinis aridis, quorum totam fere occupat superficiem

pronam. Setulae in pelliculam crustaeformem et fol. leviter adhaerentem coalitae.

4. *Citri*, late effusa crassiuscula nigro-grisea.

Provenit in Europa meridionali ad folia Citri *Medicae*, quae saepe tota induit.

5. *Fagi*, sparsa tenuis suborbicularis.

In Vogesia, supra folia *Fagi sylvaticae* crescentem invenit D. *Mougeot.* Ab initio maculas sistit sparsas. Color nigro-fuligineus. Setulae magis sunt distinctae.

6. *Ilicis*, orbicularis atra, crusta s. subiculo villoso.

In utraque superficie foliorum Ilicis *Aquifolii.* Lin. 1-2 lata.

7. *Typhae*, acervulis irregularibus confertis, setulis copiosioribus.

Occurrit passim in fol. Typhae *angustifoliae*, et reperta prope Dax a D. *Thore.*

III. Conoplea. *Fila* aggregata, cespitulum subglobosum sporulas includentem efformantia.

* Blepharia, *filis rigidis passim subramosis divergentibus, exsertis. Sporulis paucis aut nullis.*

1. *hispidula*, parvula subrotunda nigra, filis longiusculis. *Syn. fung. p. 235.*

Crescit in foliis, passim et spiculis exsiccatis graminum.

2. *Tiliae*, erumpens conferta subglobosa atro-brunnea.

Exosporium Tiliae. *Link in Berl. Magaz. d. Naturkunde*, *1809. p. 9.* (qui fila s. fibrillas pro sporulis s. sporidiis considerat).

Hab. in ramis mortuis *Tiliae*, praesertim gelu tactis, quos saepe totos investit. L. Primo obtutu nigra, sed sub lente observata, badia est. Lin. 1 - 2 lata.

3. *clavuligera*, erumpens nigra, filis aliis aequalibus filiformibus, aliis clavatis pellucidioribus. — *Link in Berl. Magaz. 1815. p. 33.*

Proven. in ramis exsiccatis, in Germania.

4. *hypodermia*, elliptica gregaria sub epidermide prorumpens demum confluens, filis elongatis distantibus. *Link, l. c.*

In ramis dejectis. Parva, magnitudine granorum pulveris pyrii. *Link.*

5. *quercina*, epiphylla fasciculata nigra, filis mollibus.

Satis frequens occurrit in fol. aridis quercinis. Dematium refert, sed pulvere nullo adspersa; fasciculus obconicus, e filis pro parvitate satis longis, compositus.

6. *Eryngii*, fasciculis confertis brevissimis atris, filis rigidis, aliis obovatis septatis.

Prope Parisios non infrequens ad caules aridos Eryngii *campestris* se propagat, vere.

Crustam elongatam primo intuitu sistens. Sub lente indagata, observantur filis intermixta corpuscula turbinata; passim subglobosa substipitata, interstitiis distincta. Hinc genus distinctum ex hac specie confici posset, *Elosia* denominandum.

** CONOPLEAE VERAE, *cespitulis mollibus, filis intertextis subfloccosis, pulvere sat copioso refertis.*

7. *sphaerica*, gregaria subconfluens nigrescente-olivacea globulosa, recente in statu subgranulosa. *Syn. fung. l. c.*

Provenit ad ramos exsiccatos fagineos. C. *Tiliae* quadantenus similis, at duplo major et pulvere sat copioso referta.

8. *fusca*, subrotunda confluensque fusca.

Circa Lipsiam a D. *Kunze* lecta, mecumque sub nomine Helmisporium *subramosum* communicata.

9. *cinerea*, subrotunda confluensque cinerea.

Rarius prope Parisios ad ramos aridos inveni. 3-4 lin. lata.

10. *gilva*, sparsa subcompacta ex gilvo subrufescens.

Ad caules herbarum majorum passim inventa a D. *Cauvin.* Acervuli longe inter se distant, pulvere minus conferti.

11. *atra*, acervulis mollissimis subrotundis con-

fertisque atris pulvere copiose refertis. *Syn. fung. p. 235.*

Provenit satis frequens locis praesertim suffocatis, ad ligna aliaque corpora,

Obs. Confiteri debeo, quod specimina, Parisiis collecta, obtulerunt *sphaeriae speciem*, Sph. *Byssisedae* similem, villo obvolutam, an forte *parasiticam?* cum simul pulvere digitos inquinante scatet. Hinc nisi Sphaeriae sint, ad genus *Chaetomium Kunze* referri debet.

12. *cylindrica*, sparsa subcylindrica ferrugineo-fusco. *Syn. l. c.*

In culmis arundinaceis in sterquiliniis locisque cryptis olim circa Gottingam collecta. A priore forte non specie distincta.

IV. Dematium. *Fila* subrigida, utplurimum fasciculata (simplicia aut subramosa) erecta, *sporulis* globosis aut ovalibus, passim seriatis adspersa, demum in crustam subconfluentia.

1. *vulgare*, *α. herbarum*, acervulis compactis subtuberculatis olivaceo-nigricantibus. *Syn. fung. p. 699.*

Cladosporium herbarum. *Link Berl. Magaz. 1815, p. 37.* *)

---

*) Character genericus *Cladosporii*, secundum autorem, sequens est: Thallus e floccis cespi-

Crust[illegible] quibus plantarum subexsic-
lente [illegible], ibique crustam rudem effi-
corp[illegible]
pitat[illegible], acervulis subrotundis subcon-
tinc[illegible] In fol. Irideis, Brassicae etc.
den[illegible], tenerius effusum suboliva-
[illegible] in fungis exsiccatis praesertim agaricis.
[illegible], acervulis mollioribus fusco-
[illegible] In foliis typharum, aestate.

7. [illegible], atrum sparsum, ac effusum, floccis [illegible] septatis. *Link*, *l. c. p. 38.*

Colore atro ramos dejectos investit floccis [illegible]oribus non septatis obscurioribus, minus pellucidis alienum refert habitum. L.

3. *abietinum*, tenue late effusum, primo flavo-cinnamomeum, demum canescens. *Syn. fung. p. 699.*

Cladosporium *abietinum*, fuscum expallens, demum effusum, floccis septatis. *Link*, *l. c.*

Hab. in cortice *Pini Abietis*, adhunc vigentis.

4. *virescens*, cespitosum laxum, subfarinaceum,

---

tosis erectis simplicibus aut subramosis, apicibus in sporidia secedentibus, — sporidiis (seriatis) apici primum innatis, dein dilabentibus. *Link*, *l. c.* Confer quoque *Nees System d. Schw.* 2. *p.* 18.

primo laete virens, dein subolivaceum. *Syn. fung. p. 698.*

Sporotrichum virescens. *Link, l. c. p. 13.*

β.? Chloridium *dispersum*, effusum nigro-olivaceum. *Nees Syst. 2. p. 18. t. 5. f. 64.*

Hab. ad ligna exsiccata et passim caules plant. majorum, hyeme lene, *β.* in cortice quercuum, semiputrido. — Flocci erectiusculi, non ita ramosi ut in reliquis Sporotrichis, et sporidia saepe seriata. *Link*, hinc *Dematii* aut *Cladosporii Link*, species.

5. *asserculorum*, cespitulis tenuissimis, floccis laete viridibus, sporidiis majusculis. *Lk., l. c. t. 1. f. 16.* Chloridium viride *).

6. *griseum*, effusum, filis subulatis rigidis fusco-nigris, sporulis copiosis inspersis cylindricis albo-griseis.

Chloridium griseum. *Ehrenb. Sylv. Mycol. p. 23.*

Nascitur hyeme in trunco alneo. Sporidia nonnunquam auctori visa sunt ramos articulatos fingere.

---

*) *Chloridium*, thallus e floccis simplicibus et subramosis erectis non septatis. Sporidia ubique inspersa. *Lk.* Hinc verae *Dematii* (mihi) species sunt, cum quibus, ceterum, Cladosporia quoad habitum conveniunt.

7. *fuscum*, acervulis variis tenuioribus submollibus dilute fuscis.

Non raro occurrit in caulibus herbarum exsiccatis. Acervuli sparsi, parvuli, nec cespitem seu crustam efformant.

8. *grumosum*, acervulis densis sparsis minutis grumosis fusco-nigricantibus.

Cum priore, cujus forsitan est plantula junior, sed acervuli compacti sunt et colore obscuriores.

9. *epiphyllum*, acervulis distantibus in orbem dispositis nigrescentibus.

β. Chionanthi, subcrustaceum, fil. brevissimis.

Satis frequens in variarum arborum foliis siccis, praesertim populneis.

10. *graminum*, sparsum fasciculatum minutum griseo-nigrescens, filis distinctis laeviusculis.

Autumno sat vulgare in foliis et culmis aridis graminum.

Species dubiae et alius forsan generis.

11. *articulatum*, nigrescens fasciculatum, filis divergentibus subramosis articulatis. *Syn. fung. p. 694.*

Helmisporium carispermum. *Link Berl. Mag. 1815. p. 39.*

Hab. in caulibus plantarum et in graminibus. *Conopleae* habitu.

Obs.

Obs. Sporidia globosa, non septata, foramine conspicuo dehiscentia, an inde genus proprium *Coelosporium* dicendum? *Link l. c.*

12. *verticillatum*, nigrum, filis subramosis verticillatis. *Syn. fung. l. c. Hoffm. Flor. germ.* 2. *t.* 13. †

Spondylocladium fumosum. *Martius Flor. Cryptog. Erlang. p.* 355.

Hab. in caulibus plantarum, et in lignis putrescentibus. Aspermum.

Obs. Duae posteriores species mihi denuo sese non obtulerunt, ut eas curatius examinare possem. Fila seu fibrae in hac, secundum Martium, sunt annulato-moniliformes; erectae, rigidae, simplices vel subramosae: ramulis verticillatis. Sporidia distincta nulla, an articuli solvuntur?

V. Helminthosporium. *Fila* (setulae) rigida, plerumque divisa, erecta. *Sporulae* oblongae, septatae filis adhaerenti-pendulae. (*Helmisporium Link*, *Nees.*)

1. *nanum*, effusum nigrum, fibris furcatis simplicibusque subnodosis, sporis subcylindricis sparsis fibris paullo brevioribus. *Nees Commentatio*, *p.* 17. *t.* 1. *f.* 13. *b.* *Ejusd. Systeth*, 2. *p.* 67. *t.* 5. *f.* 65.

Hab. in ligno emortuo, maculas longitudinaliter effusas sistens.

2. *simplex*, dense caespitosum effusum, setulis erectis simplicibus in medio subconglutinatis, sporis utrinque acutis obsolete septatis. *Nees*, *l. c. p. 15. t. 1. f. 11.*

Crescit aestate, in ligno salicum. Olivaceo-nigrum.

3. *tenuissimum*, laxe cespitosum, fibris erectis simplicibus olivaceo-nigris, sporis ad basin concervatis ovato-clavatis. *Nees*, *l. c.*, *p. 16. t. 1. f. 12.*

In caulibus plantarum prope Lipsiam detectum a Dr. *Kunze*.

4. *subulatum*, setulis distantibus subulatis subsimplicibus nigris, sporulis clavatis parcis basi adhaerentibus. *Nees*, *l. c. t.* 1. *f. 13.*

Hab. in ramis quercinis putrescentibus. Vere.

5. *velutinum*, floccis sparsis subramosis nigris, sporidiis basin versus adhaerentibus pyriformibus elongatis. *Link*, *Berl. Mag. 1805. t. 1. f. 9.*

Hab. ad ramos exsiccatos. Cum Periconia non confundi debet.

VI. Helicosporium. *Setulae* erectae, rigidae, simpliciusculae. *Sporulae* spirales, remote geniculatae, fugaces, inspersae.

1. *vegetum*, fibris nigris distantibus, sporis vi-

ridi-lutescentibus. *Nees System*, 2. p. 19. t. 5. f. 66.

Crescit in assulis quercinis.

2. *pulvinatum*, irregulare olivaceum, fibris decumbentibus ramosis implexis, sporis luteo-viridibus.

Helicotrichum pulvinatum. *Nees Comm. p. 20. t. 1. f. 15.*

Hab. ad truncos caesos quercuum. Vere. Fibrae tenuissimae, opacae, annulis obscurioribus distinctae, ramulis patentibus. N.

VII. Circinotrichum. *Fibrae* decumbentes, tenues, circinato-implexae, opacae. *Sporulae* subfusiformes inspersae. *Nees.*

1. *maculiforme*, olivaceo-nigrum tenue, fibris sericeo-floccosis. *Nees, System, 2. p. 19. t. 5. f. 66.*

In foliis quercinis putrescentibus. Vere.

VIII. Gonotrichum. *Fibrae* implexae, ramosae, nodoso-articulatae: ramulis subverticillatis. *Sporulae* globosae, inspersae.

1. *caesium*, caespitulis pulvinatis fusco-caesiis. *Nees, Comment. p. 18. t. 1. f. 14.*

Unica vice in ramulo quercino, fol. putrescentibus obtecto, locis humidis inventum. Sporulae minutae, in ramulorum apicibus solitariae, in fibris copiose inspersae, sub aqua fugientes. N.

Obs. Duo antecedentia genera, nec non ambo sequentia a me ipso nondum reperta sunt.

IX. Campsotrichum. *Fibrillae* breves, liberae, intricatae, divaricato-ramosae, nigrae. *Sporidia* ramis extremis opposita pellucida.

1. *bicolor*, fibris apice ramosioribus olivaceo-nigris: ramulis extremis pellucidis, sporidiis magnis subovatis rufo-fuscis. *Ehrenb. in Annalib. Botanic. Berol. Fasc. 2. p. 55.*

Usneae destructae ramos ambit tomenti instar, sed filor. rigidorum ac ramosorum laxa compage. Granula sunt magna, ramorum apicibus multo crassiora pellucida. *Ehrenb. l. c.*

X. Alternaria. *Fila* erecta, simplicia sparsa *nodosa:* nodis ovalibus, remotis; interstitiis filiformibus.

1. *tenuis*, filis tenuissimis strictis nigro-olivaceis. *Nees Syst. 2. p. 19. t. 5. f. 68.*

Hab. in ramulis aridis, hinc nigro-maculatis; autumno.

2. *rudis*, fibris rudibus variis rigidis complexis brevibus nigris. *Ehrenberg Sylv. Mycolog. p. 22.*

Truncos pineos colore nigro obducit. Vere.

XI. Torula. Effusa subincrustans. *Fila* simplicia, brevia, moniliformia seu articulata: articulis approximatis, passim deciduis.

* *Articulis durantibus, plerumque ovatis.* (Monilia. Link, Nees.)

1. *antennata*, effusa atra, filorum articulis ovatis. *Syn. fung. p. 694. Hoffm. Flor. Germ. 2. t. 13. f. 4.*

Monilia attennata. *Link, Nees Syst. 2. p. 19. t. 67. a.*

Frequens autumno et hyeme leni in assulis exsiccatis quercinis. Primo obtutu villum subcongestum refert; junior subolivacea.

** *Articulis globosis, saepius secedentibus.* (Torula Link, Nees.)

2. *herbarum*, incrustans tenera atra, articulis globosis subcontiguis.

Monilia herbarum. *Syn. fung. p. 693.*

Torula monilis. *Obs. Mycolog. 1. p. 25.*

Passim in caulibus exsiccatis plantarum majorum invenitur.

3. *tenera*, acervulis subrotundis confluentibus, articulis globosis pellucidis. *Link Berl. Magaz. 1815. p. 40.*

T. *tenera*, maculaeformis confluens, atrovelutina, articulis subglobosis inaequalibus. *Nees Syst. 2. p. 20. t. 5. f. 69.*

Provenit in ramis aridis.

4. *fuliginosa*, villosa compacta atra, filis articulatis crassis; articulis globosis subconfluentibus.

α. pinophila. Antennaria *pinophila*, nigra hirsuta confluens in ramis Pini Piceae parasitica. *Nees Syst. 2. p. 72. t. 39. f. 298.* *)

β. ericophila. Antennaria ericophila. *Link in Schrad. Journal für die Botanik, 1809. vol. 3. p. 17. f. 24.* **)

Crescit *α* frequens in ramis foliisque Pini *Piceae*, *β* in Erica *arborea* quam destruit et suffocat.

*** Hormiscium. Fibrae aggregatae vel solitariae, simplices, strictae, rigidiusculae, suppellucidae articulatae: articulis globosis continuis. *Kunze Mycol. Hefte* 1, *p.* 12.

5. *expansa.* Hormiscium expansum. *Kunze l. c. p. 13.*

Cespites magnos efficit in plantarum caulibus. Articuli non secedunt.

6. *alta*, fibris variis rigidis aggregatis obscuris atris, articulis magnis. *Ehrenberg. Sylvae Mycolog. p. 22.* sub Hormiscio.

Crescit in cortice Alni *glutinosi.* Aprili.

Obs. H. *expansum* fibras habet subpellu-

---

*) *Antennaria.* Perithecia irregularia astoma, thecis liberis, pluriannulatis referta, hypothallo fibroso monilioide circumvallata. *Nees l. c.*

**) *Antennaria.* Sporangia tomento imposita e filis moniliformibus contexto, intus thecis ol[illegible] longis repleta. *Link l. c.*

cidas, duplo tenniores ac breviores, et articulos triplo fere minoris. *Ehrenb.*

---

†† *Mucedines*, quarum limites inter ceteros fungos byssoideos non equidem facile circumscribi possunt, forma magis sunt determinatæ, stipitatæ, substantia teneræ, plerumque fugaces, in mucidis et supra corpora fermentescentia plerumque provenientes; colore albidæ, glaucæ, aut griseæ, rarius nigræ; earumque *fila (flocci)* minus sunt intertexta, plus minusve septata, decumbentia, adscendentia, ut plurimum erecta, stipites et ramulos immitantia, in quibusdam in *sporulas* (sporidia) secedentia, eas vero in aliis, in capitulum, spiculam, racemulum aut verticillatim aggregatas, vel seriatim dispositas, passim dispersas ferentes.

XII. Acrosporium. *Fila* simplicia, distincta, (passim cespitulos efformantia) moniliformia: articulis (sporulis?) ovatis secedentibus.

* *Filis discretis erectis.*

1. *monilioides*, candidum cespitose effusum, contactu pulverem movens. *Nees, System der Pilze, 2. p. 14. t. 4. f. 49.*

Monilia *hyalina*, filis aggregatis simplicibus erectis, sursum crassioribus hyalinis, articulis subgloboso-ovatis. *Fries Obs. Myc. 1. p. 210. t. 3. f. 4.*

Hab. in culmis et foliis gramineis; aestate. Color etiam griseus.

** ALYSIDIUM, *floccis aggregatis erectis simplicibus pellucidis, articulis ovalibus in sporidia solvendis.* *Kunze Mykol. Hefte*, 1. *p.* 11. *t.* 1. *f.* 6.

2. *fulvum*, cespitosum fulvum.

Alysidium fulvum. *Kunze, l. c. p.* 12.

In Salicibus cavis detectum in Lusatia superiore.

*** OIDIUM, *floccis implexis discedentibus in articulos ovatos, floccis vage inspersos. Nees, l. c. p.* 12.

3. *fructigenum*, caespitibus subrotundis effusisque griseis pallidisque.

Monilia fructigena. *Syn. fung. p.* 693.

Torula fructigena. *Pers. Obs. Mycol.* 1. *t.* 1. *f.* 7.

Oidium fructigenum. *Mycol. Hefte*, 1. *p.* 80. *t.* 2. *f.* 22.

Hab. aestate in fructibus putrescentibus, natura paullo firmioribus, praesertim prunis, pyris.

Obs. Epochnium *) *monilioides*, floccis griseis, sporidiis nigrescentibus. *Link*, tam quoad characterem genericum, quam iconem

---

*) *Epochnium.* Thallus e floccis caespitosis septatis, ramosis. *Sporidia* oblonga, appendiculo filiformi, inspersa, subseptata. *Link, Berl. Mag.* 1809. *p.* 18. *t.* 1. *f.* 28. — Albo cinerascens, orbiculare in pyris vetustis exortum. *Nees, Syst.* 2. *p.* 11.

longe alius fungillus, eodem tamen in loco proveniens, videtur.

4. *laxum*, floccis erectis divergentibus pallide cinereis, articulis rarius confluxis pellucidis magnis. *Ehrenberg Sylv. Mycolog. p.* 22. †

Cresc. in Pruno armeniaco putrido.

5. *aureum*, floccis aureis expallescentibus, sporis concoloribus. *Nees, System* 2. *p.* 12. *t.* 3. *f.* 44. *Link l. c. t.* 1. *f.* 28.

Hab. in lignis putridis.

Obs. Trichoderma *aureum. Syn. fung. p.* 232. quod laudati auctores, ut synonymum allegarunt, vera *Trichodermatis* species est, pulvere grosso copioso, nec seriatim disposito scatens, ac tegmine villoso involutum. Et Oidium *rubens. Link Berl. Mag.* 1815, *p.* 37. (in caseis vetustis) etiam *Trichoderma* videtur.

XIII. Acrotamnium. *Fibrae* decumbentes, ramosae, continuae, opacae, laxe implexae, ramulis extremis subpellucidis articulatis. *Nees.*

1. *violaceum*, violaceum, ramulis ascendentibus clavatis saturatioris coloris. *Nees System*, 2. *p.* 26. *t.* 5. *f.* 71. *Ehrenb. Sylvae Mycolog. p.* 10.

Cresc. in interiore corticis quernei latere.

Hoc genus ab auctore pone *Racodium* collocatum, a me, uti sequens nondum observatum.

XIV. GEOTRICHUM. Flocci decumbentes, caespitosi, septati, ramosi. *Sporulae* ovales, utrinque truncatae, inspersae.

1. *candidum*, effusum album. — *Link*, *Berl. Mag.* *1809. p. 17. t. 2. f. 26.* †

Plantula fugax, tenuis instar tomenti terram in sylvaticis sterilibus et ericetis obtegit.

XV. MYCOGONE. Effusa byssoidea forma indeterminata. *Fila* globulifera; *globuli* solitarii pellucidi concolores.

1. *incarnata*, compactior, colore carneo-rufescente opaco.

β. rosea, caespitibus densis effusis, sporidiis roseis. *Link in Berl. Mag. l. c. p. 18.*

Agaricos putrescentes denso villo obvolvit eosque penetrat, odorem foetidissimum spargit, Leprae animali (morbo) quoad colorem similis.

2. *alba*, laxior tota alba. †

Frequentior in fungis putridis occurrit. An forte junior speciei antecedentis?

3. *cervina* dense effusa colore cervino.

3. *cervina*, caespitibus densis, sporidiis cervinis. *Ditmar Fung. Germ. p. 107. t. 53.*

Nascitur supra Pezizam macropum.

Obs. D. *Ditmar* affirmat, in globulis se reperiisse sporulas parvas *Uredinis* similes,

hinc potius genus hocce ad familiam *Mucorum* translocari debet, cum quibus convenit globulis solitariis et stipitatis.

XVI. Acremonium. *Fila* repentia subimplexa septata ramosa: ramulis singulis globulis terminatis.

1. *alternatum*, album, ramulis alternatis. *Link, l. c. p. 15. Ditmar, l. c. p. 3. t. 2.*

Obducit folia delapsa sicca, verno tempore.

2. *verticillatum* album, ramulis verticillatis. *Link, l. c. t. 1. f. 20.*

Truncos abietinos late investit villo sat dense implexo. Flocci tener et longi, ramis plerumque quaternis. L.

3. *fuscum*, expansum fuscum, ramulis crebris alternatis. *Mycolog. Hefte, 1. p. 79. t. 2. f. 23.*

Ad ligna pinea abietina, vere. Filis arachnoideis teneritate simile.

Obs. Genus mihi plane ignotum, Himantias quodammodo aemulans. Quos sub hoc nomine accepi fungillos byssum confusam referebant, minime figuris similem quae formam forsitan nimis distinctam exhibent. Tamen illud genus omittere nollem, cum post ejus conditorem ab aliis quoque adoptatum sit.

XVII. Haplaria. *Flocci* simplices aut subramosi, distantes. *Sporae* globosae, hinc inde coacervatae. *Nees.*

1. *grisea*, floccis sparsis simplicibus bifidis dichotomisque griseis. *Link*, *Berl. Mag. 1809. p. 11. t. 1. f. 12.* †

In fol. siccis *Sparganı*, *Arundinis* et aliarum plantarum non raro occurrit. Sporidia facillime delabuntur et flocci nudi supersunt. *Link.* Conf. Botrytem *cineream.*

XVIII. Acladium. *Flocci* simplices erecti simplices aut subramosi caespitosi. *Sporae* (majusculae) ovatae vel oblongae, circa apices densius congestae. *Nees.*

* *Sporulis subdispersis.*

1. *conspersum*, caespitulis densis ex olivaceo et luteo albis. *Link*, *l. c. p. 11. t. 1. f. 13. Nees*, *l. c. p. 14.*

Cresc. in truncis emortuis. Albidum, flavo-virens, effusum; sporis deciduis. *Nees.* An hujus generis? Sporotrichum quoddam potius refert.

** *Sporulis in apicibus collectis.*

2. *capitatum* (albidum), cespitulis laeviusculis, floccis albis. *Link*, *p. 12. f. 13.* Albidum, lutescens, sporis capitatis. *Nees*, *l. c. p. 14.*

In truncis putridis. Ad Aspergillum (Moniliam) transit. *Link.*

3. *roseum*, cespitosum roseum. *Ehrenberg*, *p. 11.*

Monilia rosea. *Syn. fung. p. 691. ? Batsch Cl. fung. t. 12. f. 58.*

In chartis, fructib. putrescentibus.

Obs. An species duae posteriores sequenti generi potius adnumerandae sunt?

XIX. Monilia. Flocci discreti, aut cespitosi, erecti (stipitiformes) subincrassati. *Sporulae* in capitulum aggregatae, in nonnullis seriatae, subrotundae. (*Aspergillus.* Link.)

1. *glauca*, caespitosa sparsaque cinereo-glauca. *Syn. fung. p. 691. Bull Champ p. 106. t. 504. f. 10.*

Vulgaris in rebus corruptis praesertim plantarum. Plures hujus dantur varietates aut subspecies, quarum praecipuae sequentes sunt:

α. fungorum, cespitosa olivaceo-grisea, capitulis majusculis.

Frequens in fungis siccis, domi locis subhumidis conservatis. Stipes sublongus.

β. grisea, maculaeformis orbicularis et confluens grisea vel cinerascente-glauca.

Crescit in lignis, locis humidis et suffocatis.

γ. clavata, congesta alba, capitulis clavatis. Supra carnem coctam exsiccatam, rarius.

2. *albicans*, crustacea minutissima albicans, stipitibus penicillatis.

Ad coria (calceos), locis humidis.

3. *candida*, sparsa aut subcespitosa parva candida subpersistens. *Syn. fung. p. 692.*

Omnium vulgaris, omnique tempore provenit in plantis exsiccatis, fungis, etc.

4. *pulla*, subcaespitosa nigra. *Syn. fung. l. c.*

Rarius in fol. et in charta. †

5. *flava*, floccis simplicibus sociatis albis, capitulis flavescentibus. *Nees System, 2. p. 16. t. 4. f. 60.* sub Aspergillo.

In plantis exsiccatis.

6. *ferruginea*, subcespitosa ferruginea nitida.

Mucor ferrugineus. *Sowerby Engl. fung. t. 378. f. 10?*

In lignis putrescentibus caesis, hyeme. Forma nec non magnitudine M. *glaucae.*

7. *spongiosa*, late effusa crassa, filis dense contextis flavo-ferrugineis, capitulis primo albis, demum concoloribus.

In fungis putrescentibus rarius in sylvis.

Obs. Plantula singularis, habitu quodammodo Spongiae est, etiam diu ut illa humiditatem conservat. E basi floccoso-byssoidea assurgunt stipites hyalini, qui capitula gerunt primo albida, in nonnullis guttulam solummodo referentia, quae dein fulvo-grisea evadunt.

8. *virens*, caespitibus densis, floccis intricatis virentibus erectiusculis, capitulis concoloribus. *Link*, *l. c.* (Aspergillus).

Reperta in sebo supra res conditas infuso. Capit. magna, sporidiis globosis seriatis. *L.*

* POLYACTIS, *floccis erectis virgatis, ramis inferne nudis, ad apicem ramulis brevibus obtusis confertis sporosis* (Nees). *Sporidiis in ramis congestis capitulum sistentibus.* Lk.

9. *vulgaris*, caespitibus effusis, floccis griseis, sporidiis glaucis. *Link*, *l. c. p. 16. t. 2. f. 22. Nees*, *l. c. p. 15.* (Polyactis.)

Partes plantarum putridas in hortis et caldariis tegit. Caespites format laxos, et late saepe extensos. *L.*

Polyactis ab *Aspergillo* non differt nisi apicibus divisis. *Link in Berl. Mag. 1815. p. 36.*

10. *turbinata*, caespitibus laxis turbinatis, floccis caesiis, sporidiis candidis. *Schmidt in Mycol. Hefte*, *1. p. 83.* (Polyactis).

Hab. in lignis putrescentibus pineis.

11. *quadrifida*, effusa extans, floccis teneribus ramosis griseis, apice quadrifidis fertilibus. *Link*, *l. c. p. 36.* sub Aspergillo.

Provenit in pomis et peponibus putridis.

XXI. ACTINOCLADIUM. *Fibrillae* erectae, rigidae, annulatae, apice umbellatae. *Sporidia* pellucida, vaga, globosa. E.

1. *rhodospermum*, effusum, fibris raris rigidis, radiis stipitem longitudine aequantibus obtusis, sporidiis globosis majoribus dilute violaceo roseis. *Ehrenberg in Link's Jahrb. der Gewächskunde*, 2tes *Heft*, *p.52. t. 1. f. 3.*

Crevit, tempestate humida, in trunco arido circa Berolinum. Fila pellucida apparent, teretia, annulata, apice in partes tres obtusas fissa. E.

XXI. Menispora. Fibrillae erectae, subcorymbosae. *Sporulae* lineari-lunatae s. curvatae.

1. *glauca*. Camptosporium glaucum. *Link*, *Ehrenb. Sylvae Mycolog. Berol. p. 11.* (absque descriptione).

Nascitur in latere interiore corticis dejecti quercini et betulini omni tempore. E. Sporulis forma peculiari a ceteris Mucedinibus sane differt. Color glauce albidus.

XXII. Botrytis. *Stipites* erecti, patulo-ramosi. *Sporulae* discretae, pedicillatae, in corymbulum aut ad verticillum aggregatae, rarius subsolitariae.

* *B. verae, ramulis corymbosis aut racemosis.*

1. *cinerea*, congesta subsparsaque, late effusa fuligineo-cinerea. *Syn. fung. p. 690. Albert.* et *Sweinitz Fung. Nisk. p. 363.*

Sat

Sat vulgaris ad caules variarum plantarum exsiccatos; passim parasitica supra Sclerotium *durum*. Sporulae albicantes. Stipites nonnunquam valde septati, praesertim in speciminibus, quae locis humentibus proveniunt.

Obs. Tres sequentes tantum hujus esse varietates videntur.

2. *polyspora*, cespitulis densis effusis ex olivaceo griseis, ramulis creberrimis. *Link*, *Berl. Mag. 1809. p. 14. Ditm. Fung. germ. p. 71. t. 35.*

Cresc. in ramis humi projectis. Sporulae copiosissimae. *Lk.*

3. *cana*, cespitibus rubrotundis laxis incanis, floccis sterilibus decumbentibus, fertilibus erectis, superne ramosis, sporidiis ovalibus magnis. *Mycolog. Hefte. 1. p. 83.*

Hab. in foliis flaccescentibus Scrophulariae nodosae, locis umbrosis humidis.

4. *cinereovirens*, caespitibus densis effusis, medio cinereis, versus ambitum virentibus, floccis aggregatis laxis, sporidiis globosis magnis. *Schmidt, l. c. p. 82.*

In ramis decorticatis praesertim Salicis *capreae*, vere detecta, uti prior, prope Lipsiam.

5. *macrospora*, floccis sterilibus decumbentibus albis roseisque, fertilibus erectis albis

superne ramoso-corymbosis. *Link, l. c. p. 15. Ditm. fung. t. 101.*

Cladobotryum varium. *Nees, System 2. p. 15. t. . f. 55.*

Prov. in foliis deciduis, praesertim Quercinis. Flocci in apice tantum ramosi: ramis brevibus. Sporidia maxima subcylindrica. *Lk.*

6. *agaricina*, alba, ramis divaricatis ramosissimis. *Link, l. c. Ditmar p. 103. t. 51.*

Fungos obducit lana alba. Sporidia maxima, ovalia, creberrima. An satis diversa a sequente?

7. *dendroides*, ex albo fuscescens, stipitibus strictis ramosissimis, sporulis subovato-oblongis. *Decand. Synops. pl. Galliae. p. 14. Bull. Hist. d. champ. p. 105. t. 504. f. 9.*

Hab. in fungis aliisque corporibus semiputridis. Plantula pulchra et congenerum altissima.

8. *elegans*, effusa, primo alba, demum flavescens, ramis plurimis erectis. *Link, l. c.*

In stercore vaccino cespites laxos efficit.

9. *allochroa*, primo candida, demum flava, floccis superne ramosis. *Link, Nees Syst., p. 15. t. 4. f. 53.*

In caulib. plantar. siccis. Stipites albi, demum rufescentes. Sporae exalbidae.

10. *flavicans*, effusa tenuis, ramis virgatis flavicans, albo-limitata, sporidiis minutis globosis. *Link, Berl. Mag. 1815. p. 36.*

Cresc. in ramis arborum dejectis.

11. *aurantiaca*, rotunda effusaque aurantiaca, ramis crebris. *Link, l. c. p. 14. f. 18.*

In caulibus plantarum, praecipue umbelliferarum.

12. *rosea*, effusa laxa extans rosea, ramis virgatis, sporulis globosis minutis in apicibus ramulorum collectis. *Link, l. c. p. 36.*

In ramis exsiccatis arborum.

13. *variosperma*, effusa densa candida, ramis virgatis, sporidiis ovalibus magnitudine diversis. *Link, l. c.* †

Cresc. in ligno putrido. Sporotrichum refert, sed ramulos profert sporidia sustentantes, quae alia majora, alia minora sunt. *Lk.*

14. *parasitica*, caespitosa ramosa candida, racemulis laxis. *Pers. Obs. Mycolog. 1. p. 96. t. 5. f. 6.*

Mucor Botrytis. *Sowerby fung. t. 359.*

Aestate provenit in acervulis *Uredinis* Thlaspeos Bursae Pastoris.

15. *ramulosa*, candida rotunda effusaque, ramulis brevissimis. *Link, l. c. p. 14.*

Hab. in caulibus herbarum siccis. Flocci longi, sed rami pauci et parvi. Sporidia majuscula. *Lk.*

16. *diffusa*, candida ramosa, ramis longe lateque diffusis: ramulis undique racemosis. *Alb. et Schwein. Conspect. fungor. Lusat. p. 362.*

Nascitur in caulibus Solani tuberosi semiputridis. Caespites biunciales et majores formans. Sporulae in racemulo singulo subquaternae et fere globosae. *l. c.*

17. *densa*, caespitibus densis rotundis albis, ramis virgatis, sporulis majusculis ovatis albis. *Ditmar fung. german. p. 105. t. 52.*

Hab. ad muscos aut ad ligna semiputrida in Germania. Habitus diversus et nonnullis Sporotrichis similis.

18. *epiphylla*, crustaeformis alba, stipite simplice brevissimo. †

Inveni hanc speciem ab aliis parum diversam in foliis adhuc virentibus plantae cujusdam, quae hunc crispa et bullata erant. Sub lente examinata farinae dispersae enim similis est.

** VIRGARIA. *Flocci* erecti, virgati, ramis furcatis. *Sporae* diffluentes globosae, sursum magis confertae (nec ramulos terminantes?) *Nees.*

19. *murina*, caespitibus densis effusis murinis, floccis approximatis rigidis, ramis remotis patentibus. *Ditmar in Sturm Fung. German., Fasc. 3. p. 73. t. 36.*

Hab. autumno, ad ramos dejectos et se-

miputridos. Quoad iconem sporulae glomeratae sunt magis in axillis ramulorum, qui non pellucidi sunt.

20. *olivacea*, caespitibus effusis tenuissimis olivaceis, floccis remotiusculis brevissimis. *Lk. Berl. Mag. 1809. p. 14.*

Cresc. in ramis dejectis.

21. *nigra*, effusa nigra, floccis (ramulis) approximatis. *Link, l. c. t. 1. f. 19.*

Virgaria nigra. *Nees, System. 2. p. 14. f. 52.*

Cespites densos velutinos efformat in truncis dejectis. *Lk.*

22. *didyma*, effusa fuligineo-nigra, floccis approximatis subramosis; ramis incrassatis, sporulis magnis ovatis didymis. *Mycolog. Hefte, Fasc. 1. p. 81.*

Proven. ad ligna exsiccata. Caespes unc. 1 magnus. Sporulae copiosae subovatae, septo distinctae.

*** STACHYLIS. *Floccis* adscendentibus, basi implexis; ramulis superne verticillatis abbreviatis obtusis. *Sporis* globosis ad verticillos congestis. *Nees* (Stachylidium).

23. *bicolor*, effusa, floccis sterilibus decumbentibus complicatis griseis, fertilibus erectis superne simplicibus albis. *Link, l. c. p. 15. Nees, l. c. p. 15. f. 56.*

Late investit caules Rhei *undulati* exsiccatos.

24. *terrestris*, effusa alba, floccis sterilibus decumbentibus paucis, fertilibus erectis ramosis. *Link*, *l. c. f. 21.* sub *Stachylidio.*

Ad terram, praesertim in caldariis observatur.

25. *tenera*, erecta rufescente-grisea, ramulis patulis verticillatis monosporis.

Verticillium tenerum. *Nees*, *System. 2. p. 15. t. 4. f. 55.*

Ad stipites Althaeae *roseae* inventa.

26. *capitata*, nivea minima, ramulis brevibus ad apices collectis, vesiculis (sporulis?) pellucidis. *Ehrenb. Sylv. Mycolog. p. 25.* sub *Verticillio.*

Hab. in excrementis larvorum. Vere.

27. *acinorum*, fasciculata, stipitibus rectis subglaucis, ramulis utplurimum ternis verticillatis terminato, sporulis albido-griseis.

Frequens in uvulis putrescentibus. Singulus cespes ex pluribus individuis basi unitis compositus. Stipites stricti, nitidi. Ab initio albidus est hicce fungillus.

Obs. Confer. Polyactis (Monilia) *turbinata* et Aspergillus (Monilia) *quadrifidus. Lk.*

XXIII. Spicularia. Stipes simplex subramosusque apice bi-quadrifidus. *Sporulae* in spiculam ovatam (pedicellatam) arcte aggregatae, terminales.

1. *simplex*, grisea sparsa, caule simplice, spiculis pluribus radiatis.

Botrytis simplex. *Syn. fung. p. 690. Micheli N. Gen. pl. p. 212. no. 1. t. 91. f. 1.*

Ad ligna putrescentia et graminum culmos.

2. *umbellata*, caespitosa ex albo nigricans, floccis decumbentibus exserentibus stipites plures ad apicem umbellatim divisos.

Botrytis umbellata. *Decand. Syn. pl. gallic. p. 14.* Mucor umbellatus. *Bull. champ. p. 105. t. 504. f. 8.*

Crescit in fructibus conditis. A priore omnino diversa videtur. Primo albida, dein ex griseo nigrescens. *D.*

3. *ramosa*, cinerea ramosa, spiculis (4) radiatis. *Syn. fung. l. c. Micheli, l. c., no. 2. t. 91. f. 3.*

Provenit in rebus corruptis.

4. *gemina*, ramosa subdichotoma grisea, spiculis utplurimum geminis.

Botrytis spicata. *Syn. fung. p. 691. Micheli p. 212. no. 4. t. 91. f. 4.*

Provenit in umbrosis. *M.*

5. *alba*, cespitosa alba subsimplex, spiculis radiatis.

Botrytis non ramosa alba. *Micheli, l. c.*

no. 2. t. 91. f. 3. (ubi stipes apice ternatim divisus exhibetur).

Hab. in pomis putrescentibus, ubi individua dense approximata crustam efficiunt. Stipes simplex, hyalinus. Spiculae opacae, rarius bene explicatae. Observavi quoque basin byssoideam colore olivaceam, quae a nostro fungillo diversa videtur. Spiculae quaternae ex Michelio.

6.? *racemosa*, cespitosa ramosissima, sporulis subovato-elongatis spicato racemosis ex albo-cinereis. *Bull. l. c. p. 105. t. 504. f. 8.* sub Mucore. †

Botrytis racemosa. *Decand. Flor. Gall. 2. p. 70.*

Nascitur in oleribus putrescentibus. *D.*

XXIV. Dactylium. *Sporulae* simplices oblongae *annulatae* ex apice stipitis divergentes.

1. *candidum. Nees System, 2. p. 16. t. 4. f. 58.*

Supra corticem quercinum. Candidum gregarium, nudo oculo punctiforme. *N.*

XXV. Penicillium. *Sporulae* serratae digitatim divergentes in stipitibus erectis.

1. *glaucum*, crustaceum glaucum, stipite simplice. — *Link Berl. Mag.*

Monilia digitata. *Syn. fung. p. 693. Micheli N. Gen. pl. t. 91. f. 3.*

Mucor penicillatus. *Bull. champ. p. 107. t. 504. f. 11.*

Vulgaris in variis rebus putrescentibus.

β. fasciculatum, aeruginosum, stipitibus brevibus dense congestis subconnatis villosis albicantibus.

Non infrequens in bulbis putrescentibus Allii *Cepae.* Mergem in forma minuta exhibens.

δ. expansum, floccis albis, sterilibus magis minusve contextis, capitulis sporidiisque glaucis. *Link, l. c., Nees, t. 4. f. 59.*

Cresc. in fructibus, fungis, et in rebus conditis, ubi membranam quamdam sistit. *Lk.*

2. *racemosum*, albicans, stipite racemoso. *Syn. fung. p. 692.* sub Monilia. *Michel. p. 213. t. 91. f. 4.* sub Aspergillo.

Terrestris, in viridario quondam observatum a *Michelio.*

3. *candidum*, caespitibus rotundis effusisque, floccis candidis, capitulis concoloribus. *Lk, l. c. p. 17.*

Prov. in fung. aliisque plantis putrescentibus.

4. *roseum*, effusum tenue album, floccis decumbentibus ramosis, erectis simplicibus,

sporidiis roseis albisve. *Link, Berl. Mag.* *1815. p. 37.*

In caule Solani tuberosi.

Obs. Characterem genericum aliter dederunt Link et Nees, secundum quos flocci (stipitis) dilatati apex finditur in fasciculum ramulorum capitulum sporarum globosarum colligentem (*N.*). Sporidia in apicibus penicillatis collecta (*Lk.*). Dicit etiam cl. Link, cave ne sporidia *seriata* cum hisce penicillis confundas. Penicilli tamen in duabus prioribus speciebus nihil aliud videntur quam sporulae concatenatae. Species Linkianae hinc parum a sequente genere discrepant.

XXVI. Coremium. Stipes crassus, subcapitatus undique tectus floccis penicillatis, quibus *sporulae* inspersae.

1. *glaucum*, stipite brevi lutescente, capitulo concolore, sporidiis glaucis. *Link B. Mag.* *1809. p. 19. t. 1. f. 31.*

Prov. in fructibus conditis corruptis frequens. *Lk.*

2. *leucopus*, gregarium grumosum, capitulis glaucis, stipitibus albis subglabris.

Inveni hunc fungillum, sero autumno, in leguminibus putrescentibus Viciae *Fabae*. Stipites plerumque uniti, passim solitarii, floccosi vel glabri.

3. *candidum*, album, basi floccosum. — *Nees System. I. p. 87. et 2. p. 24. t. 7. f. 8. (excl. synonymo).*

Ad semina Rubi *Idaei.*

4. *citrinum*, gregarium citrinum, stipite tomentoso. *Conf. Link l. c.*

Monilia Penicillus. *Syn. fung. p. 692. Obs. Mycol. 2. p. 34. t. 4. f. 2.*

Rarius in muscerdis occurrit.

Obs. Species hujus generis habitu peculiari a Penicilliis differt, etiam magis perdurant tamen iis nimis affines. Plura individua videntur stipitibus unita, nam in C. *leucope* etiam reperi nonnulla stipite tenerrimo, unicum penicillum vel filum ferente instructa. Ad Isarias transitum faciunt.

XXVII. Ceratium. Primo subgelatinosum, dein submembranaceum brachiatum, pilis *sporulas* solitarias (elastice?) dejiciendis obtectum.

* *Forma regulari.*

1. *hydnoides*, gregarium candidum simpliciter divisum.

Ceratium Hydnoides. *Alb. et Schweinitz Conspect. fung. p. 358. Nees Syst. 2. p. 25. t. 7. f. 82. Flor. Dan. t. 688.*

Isaria mucida. *Syn. fung. p. 688.*

Provenit aestate post pluvias non raro ad

ligna semiputrescentia, in Salicibus cavis etc. Vix 2 lineas longum, niveum. Primo amorpha, mollis est plantula, uti *Trichiae* juveniles.

2. *aureum*, effusum, ramulis filiformibus creberrimis. *Link in Berl. Mag. 1815. p. 39.*

Ad truncos putridos in Silesia detectum.

** *Forma anomala.*

3. *pyxidatum*, sparsum pyxidatum, trunco simplice apice radiatim cornuto. *Conspect. fung. Lusat. superior. p. 359. t. 12. f. 9.*

Passim ad ligna putrida. Cornua 3 — 10 crassa, obtusa, in pyxidem composita. *l. c.*

4. *porioides*, congestum poriaeforme, in orbem confluens, cornubus simplicibus distantibus erectis. *Conspect. l. c. t. 2. f. 6.* †

In lignis abiegnis. Forma constanter porioides, poris majusculis faviformibus angulatis, 5-8-gonis, in singulo angulo primum tuberculatis, dein cornutis. Sporulae rariores. *l. c.*

XXVIII. Isaria. Elongata, subclavaeformis, simplex ramosave, sicca, floccoso-furfuracea. (Color plerumque albus.)

* *In Insectorum cadaveribus provenientes.*

1. *truncata*, ramosa, ramis truncatis crenulatis. *Syn. fung. p. 687.* Ramaria farinosa. *Holmsk.*

Crescit ad larvas et chrysalides insectorum. Pro more alba.

β.? *Damaecornu*, cespitosa alba, clavulis subsimplicibus obtusis, apice nonnullos ramulos exserentibus.

Hab. quoque (in Gallia) ad chrysalides emortuas et terra sepultas. An forte distincta species. Unc. 1 longa, subincrassata, lin. 1. fere crassa, nivea. Stipes, materie farinacea detersa, lutescit.

2. *crassa*, simplicissima crassiuscula subconica, stipite distincto glabro. *Syn. fung. p. 687.*

Utplurimum solitarie provenit ad *chrysalides*, terrae infossas. Tota alba.

3. *velutipes*, simplex clavata nivea, stipite distincto floccoso. *Link, Berl. Mag. 1809. p. 20. f. 32. Ditmar fung. p. 119. t. 54.*

Affinis antecedenti, cum qua loco natali convenit.

4. *arachnophila*, simplex subfasciculata, ramulis clavatis albidis farinaceis. *Ditm. fung. p. 111. t. 55.*

Nascitur supra *araneas* mortuas. Substantia floccosa laxa.

5. *eleutheratorum*, stipite (trichophoro. N.) filiformi torto subcompresso ramuloso: ramulis patentibus. *Nees, l. c. p. 23. t. 7. f. 84.*

Provenit supra *Carabos* aut *Cerambices* emortuos, hyeme aut autumno. N.

** *In diversis plantarum partibus crescentes.*

6. *epiphylla*, clavulis elongatis simplicibus basi in cespitulum connatis albis. *Syn. fung. p. 688.*

Rarius in foliis exsiccatis. Subincurva.

7. *bulbosa*, stipite basi bulboso saepe connato, simplice aut subramoso: ramulis spiniformibus. *Nees*, *l. c. f. 83.*

Cresc. in lignis putridis.

8. *umbrina*, fasciculata umbrina subramosa, ramis strictis aridis. *Syn. fung. p. 689. Icones pictae fung. fasc. 4. p. 51. t. 21. f. 4.*

Ad ramos dejectos. Non farinacea.

9. *glauca*, fasciculata, ramulis strictis glaucis. *Ditm. Fung. Germ. p. 39. t. 19.*

Nascitur supra ramos fagineos dicorticatos. Antecedenti quoad formam similis. Sporulae minutae, globosae, parcissimae. *D.*

10. *clavata*, gregaria subfasciculata clavata umbrino-straminea. *Ditm. fung. p. 113. t. 56.*

In ligno Fagi reperta, aestatis fine. Contextu floccoso, magnitudine lineari.

11. *citrina*, ramosissima pilosa, trunculo citrino, ramulis tenuissimis albis, sporulis globosis concoloribus. *Ditmar*, *l. c. Fasc. 3. p. 75. t. 37. Syn. fung. p. 689. Ic. et descr. fung. p. 9. t. 3. f. 6.*

Rarius in vetustis truncis. Autumno. Plumulae similis.

12. *agaricina*, conferta alba subramosa rigida: ramulis rectangulis. *Syn. fung. p. 688. Batsch Cl. fung. f. 163.*

Non raro autumno in Agaricis siccis, semiputridis. Bysso similis.

13. *carnea*, effusa dilabens, primo albida, dein carnea, stipite flaccido albido. *Syn. fung. l. c.*

Ad folia sicca et supra muscos, initio autumni; Verum cito in pulverem dilabitur. Affinis *Sporotrichis.*

14. *monilioides*, simplex erecta subgregaria, stipite firmulo subpellucido, capitulo oblongo subturbinato aut tereti, filis racemosis farinosis brevibus. *Alb. et Sw. Consp. fungor. p. 362. t. 12. f. 8.*

Hab. in Lusatia, ad ligna corticesque putrescentes Pinorum. Pusilla, vix linearis. Stipes colore variat albo, lutescente aut rufescente. *loc. cit.*

15. *byssoidea*, caespitosa alba byssoidea tenera, ramulos parvos ubique exserens. †

Passim apparet ad *Pezizas*, ex. gr. Pez. *virgineam*, sed minutissima sub lente determinanda species.

16. *sacharina*, effusa candida, filis parcis intertextis, pulvere denso dispergibili obtecta. *Syn. fung. p. 689. Alb. et Sweinitz Consp. fung. p. 362.*

Aleurisma sacharinum. *Link Observ. in Berl. Mag. 1809. p. 38.*

Ad fungos exsiccatos praesertim Boletos nascentem olim hanc speciem reperi; cum vero illa deinde sese mihi non obtulerit, incertus haereo cuinam generi adnumerari debeat.

††† Byssi fibrilliformes, quarum fila elongata, simplicia aut sparsim ramosa, repentia, divergentia, cornea, rarius subtremellosa sunt, et sporulis manifestis destituta.

XXIX. Ceratonema. *Fibrillae* liberae, teretes, farctae aut passim cavae, simpliciusculae subcorneae. (Color pallidus, fuscus aut nigricans).

1. *Crabronis*, fasciculatum simplex elongatum medio nodosum, dilute ambrinum, apice pubescens cinereum.

Isaria sphaecophila *Ditm. apud Sturm Fung. Germ. p. 115. t. 57.*

Aestate supra *Vespam Crabronem* emortuum repertum.

Fila subuliformia, plurima, 4 unc. longa, flexuosa, ultra medium versus basin nodulo praedita, hanc speciem singularem facile distinguunt, quae cum multis Isariis quoad locum natalem convenit, sed melius huc trahenda videtur.

2. *ca-*

2. *capillare*, croceum tenuissimum subpubescens, ramosissimum capillare subcompressum. *Roth in Usteri Annal. Bot. vol. 1. p. 8. t. 1. f. 3.* sub Rhizomorpha.

Hab. ad radices truncorum putridorum sub foliis delapsis.

Lanam croceam primo intuitu refert hic fungus, senescens colorem induit fuscum, repens est et corneus, oculo armato pubescens; ramus primarius durus, flexuosus, griseus, filiformis. *Roth.*

3. *pallidum*, filis elongatis subconfertis pallidis: ramis primordialibus subcrassioribus.

Hab. in Gallia meridionali, inter folia sicca. *Dufour.*

Rami fibrillosi subintricati, amoene pallidi.

4. *tenerum*, filis tenerrimis flaccidis aequalibus, primo aquoso-albidis, dein pallentibus.

Crescit quoque intra acervum foliorum putridorum, sero autumno. Fila paululum ramosa.

5. *bicolor*, fibrillis nigris ramosissimis, ramulis ultimis pallidis.

Hab. passim inter muscos et ramulos dejectos, cum quibus cohaeret.

6. *Hippotrichodes*, fibrillis rigidis crassiusculis fusco-nigris, brevi ramosis.

Rhizomorpha setiformis. *Syn. fung. p. 705.*

Obs. Foliis et ramulis exsiccatis pineis plerumque adhaeret. Non videntur stipites *steriles* Agarici cujusdam; interea similes fibrillae paullo tamen validiores et multo longiores plerumque simplices, quae non raro in foliis quercinis, etc. observantur, verosimile ad Agaricum *Rotula*, cujus pileus nondum evolutus aut delapsus fuit, pertinent.

Species subterraneae.

7. *variegatum*, spadiceum, ramulis junioribus vel lateralibus fasciculatis pallidis.

Rhizomorpha variegata. *Sowerby Engl. fung. t. 431. f. 2.*

Prov. in Anglia sub terra ad profunditatem trium pedum.

8. *Martini*, cespitosum ramosissimum, criniforme brunneum. *Sowerby, l. c. f. 3.* sub Rhizomorpha.

Repertum a cl. *Martin* in fodinis metallicis, prope *Derbyshire*, in latos cespites crescens.

XXX. Capillaria. *Fila* laevia, tenuissima (capilliformia), solida, matrici (ligno aut foliis) arcte adhaerentia. (Color fusco-nigricans).

1. *nigra*, filis ramoso-divaricatis distinctis nigris.

Hab. in fol. vaccinii. Fila brevia.

2. *Arundinis*, effusa maculiformis, filis ramosissimis densis fusco-nigricantibus.

Rhizomorpha confervoides. *Chaillet.*

Hab. in interiore culmorum Arundinis Phragmitidis. Oculo inermi ut maculae nigrae, 4-5 lin. latae, apparet.

3. *Phytolaccae*, filis ramosissimis elongato-divergentibus flexuosis badiis.

In interiore et ad dissepimenta caulis Phytolaccae vulgaris.

4. *badia*, filis ramosis vagis dilute badiis.

Passim in fol. siccis Fagi sylvaticae. Fila parva, sat longa, minus ramosa.

5. *epidermidis*, effusa, filis intricato ramosissimis sordide fuscis.

Rarius supra epidermidem ramorum invenitur.

6? *grammica*, filis (?) nigris brevissimis horsum forsum flexis simplicibus ramosisque.

Copiose in foliis aridis praesertim quercinis. Lineolis similis. An vegetabile quid? An tunc ob naturam et formam a ceteris separanda? *Venularia* denominanda.

XXXI. Actinonema. *Fibrillae* ex centro radiantes, noduloso-exasperatae, matrici arcte adnatae.

1. *Crataegi*, suborbiculare maculiforme fusco-nigrum, filis ubique distinctis.

Nascitur supra folia adhuc viridia Crataegi torminalis, prope Neuchatel.

Ab initio maculam solummodo efficit fuscam (saltem eam ad nostrum fungillum pertinere puto), dein fibrillae apparent distinctae. E longinquo *Xylomati* similis, sed fibrillae non in crustam continuam unitae sunt, etiam non adsunt thecae, nec sporulae.

2. *caulincola*, fuscescens, fibrillis densis medio in maculam confluentibus.

Rarissime in caulibus Herbarum (umbelliferarum). 2-3 lin. latum, quasi pingue.

Obs. Non videtur subiculum esse Sphaeriae cujusdam, uti hoc locum habet in Sph. *Himantia*, saltem nullas sphaerulas vidi.

XXXII. Fibrillaria. Rhizoidea, fibrillosa, vage ramosa, libera, farcta, subfarinacea (alba).

1. *implexa*, ramosissima implexa subdichotoma, ramulis attenuatis tenuioribus.

β? Rhizomorpha fibrillosa. *Achar.*

Rarius observatur intra truncos cariosos et in cryptis inter quisquilias.

2. *Arbuscula*, ramosissima alba, ramis crassis subcomplicatis: primario dilatato compresso. †

Turino missa a D. *Bulbis.* Ultra 2 unc. longa et lata. An forma indicata ei constans?

3? *vestita*, subpilosa albida, cortice exteriore laxo membranaceo.

Rhizomorpha vestita *Rebentisch.*

Hab. in Germania. Singularis ob corticem laxum, circumdantem fibrillam glabram, pallidam et solidam. Externe pilis brevibus et sparsis obsita est.

4. *subterranea*, subramosa crassa teres subfarinacea, ramulis crassitudine subaequalibus divaricatis.

Lipsiae reperta sub terra, trunco vetusto adhaerens, fere octopedalis. *Schwaegrichen.*

5. *felina*, subintertexta ramosa farinoso-villosa alba.

Clavaria felina. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 30.*

Passim in cellis ad excrementa Felis, quae demum fere tota fibrillis conplicatis et dense aggregatis farcta sunt. An potius *Isariae* species?

6. *Xylotricha*, ramosissima implexa tenuis subglabra albida pallens.

Obs. Rhizomorphae *corticata* et *xylostroma Achar. Syn. Lich.* quoque pertinere videntur ad hocce genus, quod, fateor, mere artificiale est, et *Himantiis* nonnullisque *Isa-*

riis affine, sed ab his forma et crescendi modo, *cet.* differt.

Hab. ad palos putredine emollitos, quos penetrat, plantarum radiculas capilliformes simulans. Ramulos multo copiosiores et flexiles habet quam ceterae species. Communicata a cl. *Labillardiere.*

XXXIII. Rhizomorpha. Rigida, glabra, fibrosa, ramosa, repens, medulla villosa farcta.

Obs. Species plerumque magnae, radiciformes, colore nigrescente aut fusco-badio distinctae. Subterraneae sunt, aut in locis cryptis et humidis, etiam inter lignum et corticem arborum vetustarum crescunt.

1. *subcorticalis*, (*α. cancellata*) magna compressa, fibris primariis parallelis subcanaliculatis, fibrillis transversalibus inter se cohaerentibus.

Rhizomorpha fragilis *Roth*, *Catal.* 1. *p.* 232. Rh. hybrida *Sowerby fung. t.* 392. — *Micheli gen. plant. t.* 66. *f.* 3.

Hab. sub cortice variarum arborum, praesertim quercuum. Nitida, et hinc inde materie albicante obducta est. Fibrae nonnunquam in corpus membranaceum satis latum concrescunt.

β. Tendo, longissima sublibera compressa fibris primariis aequalibus parallelis, latere fibrillas transversales hinc inde exserentibus.

Provenit eodem in loco. An distincta? Funiculiformis, minus nitida et colore magis ad fuscum vergens.

2. *scandens*, crassiuscula fragilis teres sparsim ramosa laevis, ramulis breviusculis subliberis aggregatis.

Rhizomorpha scandens. *Rebentisch Flor. Neomarch. p. 391.* exclus. synonym.

Rhiz. subcorticalis, var. *teres. Decand. Flor. Gallica, vol. 2. p. 281. Roth in Usteri Annal. Bot. vol. 1. p. 8. Obs. III.*

Hab. ad cortices arborum. Magna subcomplicata, horsum versum flexa, passim subcompressa, opaca, forma non regulari distincta.

Obs. Hac in specie praesertim observantur tubercula sphaeruliformia, ab aliquibus, an jure?, pro fructibus habita.

3. *obstruens*, fibrillis longissimis liberis teretibus simplicibus fuscis, aut badiis.

Rhiz. imperialis. *Sowerby fung. t. 429.*

In Anglia in tubis ligneis aquam ducentibus inventa eosque tandem obstruens; ad longitudinem forte 100 pedum (Sow.). Cortex facile rumpitur. Floccus medullaris candidus.

4. *putealis*, subcespitosa opaca nigra subteres flaccida: recens apice albicans, axillis subcompressis. *Syn. fung. p. 705.*

Hab. passim in puteis locisque aliis suffocatis. Fibrae subtenerae, flaccidae, ramulis fibrilloso-capillaribus.

5. *molinaris*, flexilis laevis subnitida teretiuscula ramosa: ramulis praesertim superioribus oppositis verticillatisque.

Hab. in Vogesia, ad palos semper humidos molas chartaceas sustentantes. *Mougeot.*

Obs. Habitu quodammodo Rh. *scandentis*, sed fibrillis subintertextis tenuioribus et magis flexilibus differt. Ramuli nunc oppositi, nunc tenues, subverticillati, passim fasciculati.

6. *subterranea*, teres nigra glabra ramosissima, ramis ramulisque confertis attenuatis liberis. *Ach. l. c. p. 588.*

Hab. in Fodinis metallicis, ad ligna subputrida. In Anglia nondum detecta.

Rami glaberrimi, atri, subdichotomi, ramis quandoquidem radicantibus, intus flavescentibus. *Humb. Friberg, p. 34.*

7. *dichotoma*, teres fusco-glaucescens, ramis dichotomis patentibus elongatis cylindricis nudis liberis. *Achar. l. c. p. 589. Sowerb. fung. 298.*

Cresc. in Fodinis plumbeis et cupreis in Anglia. Sex pedes longa, hinc inde tuberculifera. An revera diversa a sequente specie? qui

secundum cl. *de Humboldt* etiam dichotoma est; vid. *Usteri Bot. Annal. vol. 1. fasc. 3. p. 55.*

8. *verticillata*, cinereo-fusca pendula, ramis omnibus verticillatis. *Humb. Flor. Friberg. Spec. p. 35.* sub Lichene.

Cresc. inprimis in Fodinis metallicis in Saxonia. 4 ad 6 pedes longa, ramuli juniores virides ex Humb.; color ceterum in planta aqua irrigata niger est.

9. *palmata*, erecta ramosissima cinereo-fusca, ramis compressis palmatis, apice dilatatis. *Humb. l. c. p. 36.* Scop. Dissert. 1. p. 94. t. 7. f. 1.

Crescit cum priore. Triuncialis, cinereo-fusca, apice nigricans, rami rigidi. *H.*

10. *pinnata*, fusco-nigricans subnitida ramosa: ramis (brevibus) omnibus oppositis horizontalibus. *Humb. Flor. Friberg. p. 33. t. 2. f. 3.* Lichen pinnatus.

Hab. ad columnas ligneas in Fodinis metallicis Saxoniae. Rami setacei, compressi, juniores laete virides viscosi, intus tomentosi. *Humb.*

11. *criniformis*, ramosissima intertexta cespitosa, fibrillis tenuibus teretibus.

Inventa in Hercyniae Fodina *Dorothea* ad 200 orgyarum profunditatem. Crinum e-

quinum quoad colorem et dimensionem refert. Fibrillae hinc inde subasperae.

12. *Harrimanni*, subterranea, fibrillis simplicibus aut sparsim ramosis flexuosis fragilibus spadiceis: cortice exteriore articulatim secedente. — *Sowerby Fung. t. 431.*

Hab. in Fodinis Anglicis. Rami longi, undulati.

13. *spinosa*, tereti-subcompressa spinosa obscure fusca, ramis sparsis passim anastomosantibus. *Achar. Lichenogr. p. 588. Sowerb. l. c. 299.*

Hab. in Anglia, in Fodinis?

Diffusa, ramis ad angulum fere rectum prodeuntibus. *A.*

β. acutangula, compressa nitida, fibrillis angustis ramosissimis subflaccidis: ramulis breviusculis rectangulis.

Crescit sub cortice in Germania, et a b. *Ehrhartho* olim accepi sub nomine: Lich. *dendrophilus.* Diversa quoque videtur a Rh. *subcorticali.*

14. *phosphorea*, fusca flexilis, fasciculato-ramosa: ramulis patentibus incrassatis. †

Clavaria phosphorea. *Sowerby fung. t. 100.*

Hab. in Anglia in cellis vinariis. Tam quoad formam quam ob locum natalem a Rh. *subcorticali* omnino distincta est.

15. *fusca*, flaccida mollis subintertexta rufo-badia, ramis plerumque dilatato-palmatis. — *Mougeot et Nestler Stirp. cryptog. vol. 6. no. 558.*

Hab. in Vogesia, ad parietes cuparum coriis vacuarum, sed aqua adhuc semiplenarum, ibique late ac profunde expansa. Rami inferi in massam informem confluunt. *Moug.* Species sat magna et nitida.

16. *terrestris*, cespitosa parvula opaca rugulosa, fibrillis intertextis subangustis brevibus.

Hab. ad terram, locis suffocatis. *Thuillier.* Cespitulum, duas fere uncias latum efficit, terrae arcte adhaerens eaque saepe inquinata, opaca nigra, in statu sicco rugulosa.

17. *filicina*, parvula compressa nitida dilute spadicea, ramis rectangulis: ramulis brevissimis digitatis. — *Rebentisch Ind. Florae Berolinensis.*

Hab. prope Berolinum. Species pulchella, 2 unc. longa.

18. *simplicissima*, erecta atro-nitida simplex aut subramulosa, apice albicans.

Nascitur ad caules aridos Chaerophylli sylvestris prope Neocomium. *Chaillet.*

Gregarie crescit instar Clavariae. Individua juniora crassiora sunt apiceque magis albida; adulta 2 — 3 uncias longa, attenuantur

et hinc inde ramulos utplurimum breves exserunt. Intus medulla alba farcta.

19. *fontigena*, fibrosa plana sanguinea, fibris basi connatis apice divergentibus. *Rebenth. Flor. Neomarch. Prodr. p. 391. t. 4. f. 19.*

Hab. ad fontium siphones putridos. Valde depressa ligno adhaeret, et flocco medullari destituta videtur. Ulterius examinandus fungus.

20. *Stokesii*, parvula reticulata spadicea, fibrillis primariis crassis angulato-ramosis; fibrilleolis copiosis reticulatis apice furcatis. — *Sowerby, fung. t. 430.*

Hab. in Anglia ad lapides. Species singularis, 2 unc. fere lata et alta.

21. *flabelliformis*, parvula, cauliculis basi teretibus sursum dilatatis et divisis in ramulos aequales subpalmatos albidos.

Hab. in quisquiliis.

Species pulchella, quadantenus referens, magnitudine excepta, Sphaeriam *ramosam. Sowerb. fung. t. 395. f. 3.*, sed intus cava est et sericea, nec apices pulverulenti sunt et minus divisi; ramuli quoque fastigiati sunt.

Obs. Nonnullae ut *Rhizomorphae* adhuc descriptae sunt a cl. *Achario* in *Actis Suecicis*, an. 1814. (vid. quoque *Fries Observ. Mycol. 1. p. 212 — 215.*), quas vero videndi et

examinandi facultas mihi defuit, et harum aliquae forsitan ad antecedens genus pertinent. Haec vegetabilia quoad naturam et crescendi modum magis ad familiam Fungorum (sensu latiore), quam ad Lichenes pertinent.

XXXIV. Phlebomorpha. *Fibrillae repentes, tremelloso-gelatinosae, reticulato-venosae.*

1. *rufa*, crassiuscula subpersistens anastomosans rufa. Tab. VI. Fig. 1. et 2.

Provenit hyeme leni ad trabes putridos, passim quoque ad *Boletos suberosos* exsiccatos. Non videtur status junior *Physari* cujusdam, quod etiam magis fluxile est massam amorpham sistit, nec ita sero invenitur. Fibrillae ad marginem praesertim nodulose confluunt.

2. *lurida*, epiphylla elongata grisea fluxilis vage venosa.

Autumno pluvioso ad folia putrida passim observatur, super quae ad 2-3 unciam serpit, vermis adinstar. Ab initio fere aquosa, hinc propemodum evanescit et vestigium, ut maculas lineaeformes, colore obscuriore relinquens.

† Mesenterica, *ramosissima, ramificationes membranula gelatinosa secum junctae ut mesenteriforme expansum constituant. Tode.*

3. *lutea*, citrina vel aurea.

Mesenterica tremelloides var. *α*. *Tode Fung. p. 7. t. 2. f. 12.*

Hab. ad ramos exsiccatos aut assulas lignorum.

4. *caerulea*, glauco-caerulea. *Tode, l. c. p. 8. var. β.*

Autumno in assulis semiputridis. *T.*

Obs. Plantulae hae (mihi ignotae) delicatae sunt et intra 12 horarum spatium, aura calidiore ita corrumpuntur, ut praeter bracteolas quasdam minutissimas conglomeratas, nullum earum vestigium relinquatur. *Tode.*

5. *grisea*, tota grisea. *Albert. et Schwein. Conspect. fung. p. 374.*

Arbusculum perfectissime effiguratum offerunt venae gelatinosae repentes, margine tumidulo, colore a sordide rufo cinerascente. Inventa fuit in hymenio Boleti *fusci* semiputridi. Septemb. *l. c.*

6. *sanguinolenta*, latissima expansa lactea, ad tactum intense sanguinolenta. *Consp. fung. l. c.*

Latebat inter corticem lignumque trunci cujusdam crassi putridi ad spithamas complures expansa. Intacta colorem habebat ex albo dilutissime glaucescentem, sed ad merum aëris liberi contactum aut digiti pressione, illico colore cruento inquinatur. *l. c.*

†††† Byssoidei veri, ex filis tenuissimis, intertextis flocci - lanae - panniformes, passim coriacea, plerumque difformes, maxima ex parte thecis et sporulis destituti; colore varii, et extensionem saepe satis magnam acquirentes.

XXXV. Hypha. Flocciformis, mollissima ad tactum diffluens, fugax.

Obs. Fungi sunt subterranei, aut in locis suffocatis et cryptis vegetant, colore plerumque albi.

1. *bombycina*, subrotunda indeterminata, humida floccos gossypinos referens.

Hyphasma floccosum. *Rebentisch, Flor. p. 396. Dill. Hist. Musc. p. 5. t. 1. f. 9.*

Dematium bombycinum. *Syn. fung. 696.*

Hab. in fodinis et cellis, lignis et lapidibus adhaerens. Colore nivea.

2. *flabellata*, dilatata fasciculato - membranacea subpeltata basi in petiolum condensata. †

Provenit iisdem in locis, sed rarissime. Magis compacta est.

3. *elongata*, plus minusve in ramos teretes varie elongatos et subdichotomos divisa.

Byssus elongata. *Decand. Flor. Gall. 2. p. 67.?*

In subterraneis, 3 — 7 lin. crassa, et fere spithamam longa.

4. *muralis*, latissima flocculosa candida, exsiccata submembranacea. †

Hab. in cavis et cellis humidis, ad muros aut ligna, nonnunquam latitudine bipedali sese extendens.

Obs. An forte idem vegetabile ac sequens? sed nulla forma indutam eam hactenus vidi. An subiculum *Poriae* cujusdam? conf. *Sowerby Engl. fung. t. 387. f. 6.*

5. *argentea*, fibroso - membranacea, filis e centro radiantibus in ramos tenuissimos divisis.

Byssus parietina, β. argentea. *Decand. l. c. p. 66. Vaill. Bot. Paris. t. 8. f. 1.*

Mesenterica argentea. *Syn. fung. p. 706.*

Hab. in domubus, ad parietes et laqueatam contignationem, locis humidis et suffocatis. Elegans, latitudine palmari.

β.? *cellaris*. filamentosa alba, filis repentibus tenerrimis implexis. *Humb. Flor. Friberg. Spec. p. 66.* (exclusis synonymis?)

Hab. in omnibus puteis atque cuniculis Fodinarum, saxa atque trabes obducens. Elegantissimos interdum orbiculos fingit latitudine semipedales. *Humb.*

6. *speciosa*, repens nivea ramosissima, ramis flexuosis compressis apice dilatatis orbiculatim dispersis. *Humb. Flor. Friberg. Spec. p. 69.*

p. 69. t. 4. f. 18. (sub Bysso, uti sequentes).

Hab. in omnibus cuniculis Fribergensibus lignum atque saxa obducens, circulos formans, diametri 2 - 5 - pedalis, mollissimos. *H.*

7. *plumosa*, nivea ramosa, ramulis oppositis pinnata. *Humb. l. c. t. 2. f. 1.*

Crescit cum priore. Bipollicaris, dependens, nivea, pappo plumoso simillima, sericeo - splendens. *H.*

Obs. Ill. de Humboldt in Libro citato nonnullas adhuc descripsit Byssos subterraneas, forma anomala plerumque gaudentes, quas ulterius observandas enumerare quoque velim.

8. *digitata*, dependens, filis longissimis in funem niveum contextis, apiceque 5 - 7 - dactyla. *Humb. l. c. p. 67. t. 3. f. 10.*

Hab. in Fodinis metallicis Saxoniae, e columnis ligneis pendula. Funis mollissimus 3 - 4 - uncialis, ex filamentis parallelis contextus, sed versus apicem in 5 - 7 ramos digitatim divisus. *H.*

9. *clavata*, erecta nivea versus basin attenuata clavaeformis. *Humb. p. 67. t. 4. f. 17.*

Attactu destruitur, uncialis. Fila apice intertexta, sericeo - splendentia. *H.*

10. *Penicillum*, erecta nivea, filamentis fasci-

-culatim congestis. *Humb. p. 68. Scopol. Diss. 1. p. 91. t. 2. f. 3 et 4.*

11. *minima*, filamentosa nivea, filamentis erectis simplicissimis minimis. *Humb. p. 66. Scop. l. c. p. 90. t. 2. f. 1.*

Cresc. ad columnas ligneas, B. *Penicillo* affinis, sed filam. rarius fasciculata. *H.*

12. *radiciformis*, nivea tenerrima, filamentis ramosis pendulis, globis floccosis hinc inde adhaerentibus. *Humb. p. 68.*

Ad columnas ligneas. Corpora globosa celluloso - membranacea, fere fungosa, semper adsunt et cum ramulis arcte contexta, hinc non parasitica. *H.*

13. *globosa*, expansa radians dein in globum pendulum glomerata. — *Humb. p. 70. Scop. Diss. p. 93. t. 6.*

In omnibus Fodinarum cuniculis passim occurrit. Expansio filamentosa, parte inferiore sustinet saepe ingentes glomeres concolores niveos. *Scop.*

14. *membranacea*, explanata nivea, membrana ex filamentis constans dense intertexta. *Humb. p. 69. Scop. l. c. p. 92. t. 4.*

In membranam sinuatam panni ad instar expansa. *Scop.*

15. *laciniata*, e simplici petiolo pendens substantia (e filis rectis contexta) et in lacinias

multas planas imbricatas dissecta. *Scop. l. c. p. 92. t. 5.* Cum priore.

XXXVI. Racodium. Expansum molle, filis intertextis persistentibus seu rigidioribus, sporulis manifestis non adspersum.

* *Colore nigro.*

1. *cellare*, late effusum, ab initio laxe contextum flavescens, dein ex olivaceo nigrum. *Syn. fung. p. 701. Nees v. Esenbeck System d. Schwämme. 2. p. t. 5. f. 70. Dill. Musc. t. 1. f. 12.*

Hab. frequens in cellis, dolia vinaria vetusta longe lateque obducens. Primum lanuginosum, et colore flavum aut rubellum. Maturum magis compactum nigrum, et granulis e filis submoliniformibus conglobatis passim adspersum.

2. *vulgare*, expansum molle laxe contextum nigrum, filis aequalibus. *Fries Observ. Mycol. 1. p. 215. Racodium nigrum. Schumach. Flor. Saelland. p. 447.*

Hab. in ligno et ramis *Betulae*, *Fagi*, *Pini*, inque muscis et foliis, locis umbrosis. In Suecia et Dania.

3. *Resinae*, expansum molliusculum dense contextum nigrum, filis inaequalibus divaricatis. *Fries l. c. p. 216.*

Crescit in resina Pini *Abietis.*

β. *piceum*, filis per fasciculos elongatos dispositis.

Etiam supra resinam provenientem ex Helvetia habeo; sed forte fila ob nimium imbrem talem acquisiverunt dispositionem.

4. *rupestre*, complanatum nigrum filis rudioribus contextum. *Syn. fung. l. c. Dill. Musc. p.9. t. 1. f.18.*

Crescit ad rupes, in regionibus montosis; crusta *Leprariae* cujusdam albidae ei saepe immixta invenitur.

5. *turfaceum*, subcompactum dilatatum nigricans, filis brevissimis.

Hab. in Helvetia, in turfaceis et sphagnosis subtus magis condensatum ibique colore subspadiceum.

* *cornutum*, late effusum atro-fuligineum corpusculis crassis elongatis compactis intermixtis.

Hab. in Gallia (Rouen), et Helvetia ad caudices Betulae *albae* quos destruit, latitudine saepe magna.

Obs. Corpuscula Slerotioidea? nunc recta, saepius tamen subincurva, parum compressa et striata, substantia sicca et colore paullo sunt dilutiora. Forte sui generis vegetabile.

** *Colore gilvo, ferrugineo.*

7. *fodinum*, subcompactum molle, superne opacum gilvo-spadiceum, inferne pallens.

Hab. ad januas in Salifodinis in Helvetia etiam in aliis cryptis, nec non in cellis (Parisiis, Beauv.) muris adhaerens. Spithamam plus minusve longum, unc. 1. latum, ad tactum molle.

β. *dealbatum*, fere albicans cum ligno totum connatum.

8. *Aluta*, late expansum densius contextum cinnamomeum nitidum. *Syn. fung. p 702.*

Prov. rarius in interiore arborum excavatarum. Pulchra, sed parum cognita species.

β. *quercinum*, minus molle, superficie inferiore cum ligno arcte connatum.

Hab. ad caudices caesos quercinos prope Neuchâtel. *Chaillet.* Colore exacte cum antecedente convenit, sed paullo durius est.

9. *subcorticale*, late effusum subtenue interruptum ferrugineum, superficie subunita demum canescente.

Hyphasma *flavescens*, pallide flavescens tomentosum, aetate pulverulentum ferrugineum. *Rebent. Fl. Neom. p. 397?*

Hab. in Gallia inter corticem et lignum. Hinc ad *Xylostromata*, etiam ob superficiem accedit, sed substantia interna lanuginosa. Aetate profectiore etiam in pulverem parum solutum est, tunc Sporotrichis Linkianis simile.

10. *strigosum*, crassiusculum densius compac-

tum, obscure ferrugineum, filis nonnullis rigidioribus substrigosum. †

Hab. in Pedemontio. *Balbis.* Ligno molliori arctius adhaerens. Filis dense intertextis et colore opaco non ad Ozonium *auricomum* pertinere potest.

11. *badium*, longitudinaliter effusum, filis densis parallelis contextum.

Hab. ad ramos exsiccatos, prope Parisios.

Obs. Colore amoene ferrugineo-badio et dispositione fibrillarum, quae ad marginem saepe in superficiem unitam condensantur, sese distinguit.

12. *fuscum*, sublate effusum tenuissimum dense contextum opacum fusco-badium.

Parisiis in cellis ad muros detectum a cl. Beauvois; 2 unc. latum, 4 unc. longum, calce saepe inquinatum, filis non distinctis.

13. *rubiginosum*, mollissimum rufo-spadiceum, fibrillis nonnullis distinctis crassiusculis.

Ad muros in cellis habitare videtur ob particulas calcareas adspersas.

*** *Colore pallescente.*

14. *striatum*, sordide pallens, in membranam tenuem subcompactum, striatum liberum.

Racodium *Aluta* Schleicher (excluso synonymo).

Hab. in Helvetia.

15. *ochroleucum*, subparvum effusum laxius contextum ochroleucum nitidum.

Hab. in Helvetia, prope Neufchatel, ad ligna exsiccata cellulosa, iisque inmersum. Colore primo subochraceo, grato distinguitur. Vix ½ unc. magnum, applanatum.

16. *linteaceum*, dilatatum submembranaceum liberum, amoene pallidum.

Hab. in Gallia. Locus natalis proprior mihi ignotus. Textura Lintei fere, et ejus color chirothecis coriaceis similis est, sed paullo dilutior forte exsiccatione.

17. *lanatum*, laxum mollissimum albido-pallidum lanam referens.

Hanoviae repertum ad ligna a D. Nees.

**** *Colore albo.*

18. *papyraceum*, subtenue late effusum, ligno (quod saepius intrat) arcte adhaerens. *Syn. fung. p. 703. Sowerby Engl. fung. t. 387. f. 10?*

Crescit supra et intra ligna cariosa, praesertim Salicum. Subtomentosum, sed ad substantiam submembranaceam tendit.

Obs. Non raro ad Ligna exsiccata per intervalla et intra cavitates reperiuntur flocci sericei, amoene albi, sed non intertexti, quos ne cum Racodio nostro confundas, cave. Hi enim nihil aliud videntur, quam *fibrae* ipsius

ligni in *Asbestum* vegetabilem, ut ita dicam, solutae.

18? *Entomogena*, globoso-flocculosum niveum dein confluens.

Sporotrichum densum. *Link*, *Jahrbücher d. Gewächsk.* p. 272?

Hab. ad Scarabeos diutius emortuos, inter folia sicca, praesertim in Melolonthae majalis elythris. Nullas sporulas vidi, quod etiam valet de sequentibus.

19? *Mycobanche*, latius effusum tenuissimum subcompactum albidum.

Non raro autumno post multas pluvias ad *Pezizas majores*, praesertim P. *Macropum* externe et interne et in disco cupulae *P. hemisphaericae*, quas extinguit.

20? *Rhizophila*, subterraneum candidum subflosculosum.

Observatur ad extimas fibrillulas Arbuscularum languescentium aut emortuarum, quibus valde noxium.

Obs. Tres hae species, quoad locum natalem inter se et ab aliis valde diversae, omnino melius et repetito examine observari merentur.

XXXVII. Sporotrichum. Expansum persistens molle, *filis* densius et cum pulvere seu

sporulis (sporidiis *Link*) intertextum aut iis adspersis *).

* *Colore albido.*

1. *laxum*, tenuissimum laxum demum effusum, floccis adpressis vagis, sporulis oblongis. — *Link, Jahrb. p. 166. Nees ab Esenb. System. I. p. 49. t. 3. f. 45.*

Cresc. in truncis caesis et putridis, super quos tenuiter, sed nonnullas uncias longum, effusum est.

2. *candidum*, minus tenue laxum demum effusum, floccis adpressiusculis vagis, sporidiis globosis. *Link, l. c. p. 166. Nees, l. c. f. 45. B.*

Cum priore, a quo praesertim differt sporulis rarioribus globosis. *L.*

3. *obducens*, caespitibus tenuibus densis limi-

---

*) Hujus generis monographiam dedit cl. Link in *Annalibus Botanicis (Jahrbücher der Gewächskunde) fasc.* 1. p. 165 — 185. Fatendum tamen est, quod hoc et antecedens genus solummodo caractere negativo separanda sint, cum habitu et crescendi more inter se conveniunt. Etiam nihil impedit, quin *Racodii* species, melius observatae, favente loco et coelo, sporulis plus minusve copiosis adspersae invenire possint. Nonne *Alsurisma* ut genus particulare separandum?

tatis, floccis strictis adpressis, sporidiis globosis. *Link, l. c. p. 168.*

Hab. in sylvis circa Berolinum ad cortices arborum. *Sporulae* paucae et villo arcte adhaerent. An forte initium alius speciei. *L.*

4. *polysporum*, crassiusculum densum limitatum, floccis implicatis, sporulis globosis minutis copiosis. *Link, l. c. p. 169.*

Hab. in ligno putrido. Lineas quasdam tantummodo latum; aetate juniore globulos sparsos efformat, qui demum confluunt. *L.*

5. *sporulosum*, crassiusculum limitatum, fibrillis discretis, sporulis globosis minutis copiosissimis. *Link, p. 169.*

Aleurisma sporulosum. *Link, in Berlin. Mag. 1809. p. 19. t. 1. f. 25.* et Ejusd. A. *inspersum.*

β. Aleurisma erubescens. *Nees, fung. 2. p. 13. t. 3. f. 48.*

Caespitulos 2-4 lin. latos format in ramis dejectis. Fila tantum adsunt parva, sed pulvere copioso obtecta. *L.*

6. *fructigenum*, caespitulis crassis confluentibus, floccis densis implicatis, sporulis globosis magnis. *Link, l. c. p. 169.* Ejusd. Aleurisma *macrosporum. Obs. 2. p. 38.*

In fructibus *Cerasorum*, acervulos lin. 1-2 latos efficit, qui demum confluunt. Fila val-

de tenacia, quibus sporulae firmiter adhaerent. *Lk.*

7. *densum*, cespitibus crassis limitatis, floccis densis implicatis, sporidiis globosis minutis. *Link*, *p. 172.* *Nees*, *p. 49. t. 3. f. 45.*

Hab. in Melolonthis emortuis, earum pedes et antennas praesertim obducens. *L.* Etiam ad ramos. Prof. *Nees.*

8. *fungorum*, tenue effusum, floccis lanatis crispis, sporulis minutis globosis. *Link*, *l. c. p. 170.*

Hab. in *Agaricis* putrescentibus, quos lanae ad instar nonnunquam totos involvit. Flocci non semper crispi sunt.

Obs. Cavendum, ne *Moniliae* aut *Botrytidis* aliusque fungilli species nondum evoluta, pro hac plantula sumatur. — Sporotrichum *agaricinum*, Link (l. c. p. 170.), de quo auctor quoque dubitat, an verus sit fungus, potius materiam farinaceam, nullis filis intertextam, in superficie pilei *Agaricorum* exsiccatorum secretam, quam vegetabile quid sistere videtur.

9. *latebrarum*, rupestre, albido-griseum crassiusculum stuposum, sporulis copiosis globosis. — *Link*, *p. 171.* *Achar*, *Syn. Lich. p. 551.* (Pulveraria).

Hab. locis praesertim umbrosis, in rupium fissuris, latitudine nonnunquam insig-

ni. Fila sub microscopio observata geniculata seu septata sunt, dense intricata et ob sporulas copiosas farinosa apparent. *Link.*

10. *chioneum*, cespitosum laxe cohaerens subgrumosum niveum.

Cresc. ad rupes aut ad terram in Gallia. *Delise.*

Cespitulum pulvinatum latitudine sesquiuncialem efficiens.

11. *canescens*, late effusum tenuissimum canescens seu albido-pallens breve villosum.

Prov. ad ligna exsiccata latitudine fere palmari, e longinquo Thelephorae simile, sed sub lente observata villum tenuissimum basi in membranam subconnatam offert. An initium fungi alicujus? Sporulas quidem non vidi, tamen Racodium non refert.

*** Colore griseo.*

12. *murinum*, terrestre tenue griseum, floccis divaricatis, sporulis minutis globosis. *Link, p. 173.*

Hab. ad terram udam, quam lanugine tenera, saepe latitudine ampla obducit. Fila exsiccando evanescunt. *L.*

13. *griseum*, subtenue griseum, floccis implicatis, sporulis crebris globosis. *Link, l. c.*

Provenit ad caules plantarum, praesertim prope radices. Sporulae murinae. Tomentum rufescente-griseum.

14? *epiphyllum*, tenue laxius contextum griseum, filis ramosis.

Rarius inveni hanc speciem, forsitan alius aut proprii generis, ad paginam inferiorem foliorum *Rumicis Acetosae*, quam nonnunquam totam obtegit.

15. *fuliginosum*, cespitulis parvis: aliis discretis, aliis confluentibus fuligineis, sporulis minutis subrotundis creberrimis.

Rarius provenit ad cortices plantarum. *Chaillet.*

*** *Colore villi albo, sporularum fusco.*

15. *fusco-album*, tenue laxum effusum, floccis lanatis, sporidiis crebris magnis globosis. *Link*, *p. 177.*

Ad latitudinem unc. 1. et ultra supra cortices arborum putrescentium nascitur. Lanam compactam, in ambitu albidam, et medio sordide fuscam sistit. Sporidia materie quadam referta auctor quoque observavit.

16 *oosporum* (phaeosporum), effusum crassiusculum albicans, floccis intricatis validis mollibus hyalinis, sporulis crebris magnis ovatis fuscis. *Ehrenb. Sylv. Mycol. p. 11.*

Prov. in ramis putridis quercinis Julio. A S. *laxo*, quod auctor etiam enumerat, sporularum colore tantummodo distinctum videtur.

**** *Colore ferrugineo, fusco aut badio.*

16. *Bryophilum*, floccis laxiusculis primo rubiginosis, sporulis globosis creberrimis.

Hab. rarius ad *Hypna majora*, quorum ramos tractu longitudinali obducit, locis umbrosis et subhumidis sub arboribus. Color demum obscurior et opacus fit.

17. *fuscum*, late effusum crassum fusco-badium, demum subcompactum, sporulis parcis.

β. Sporotrichum *badium*. *Link?*

Corticium fuscum. *Obs. Mycol. 1. p. 38.*

Thelephora vinosa. *Syn. fung. p. 578.*

Hab. passim ad ramos exsiccatos.

18. *Hypnophilum*, opacum obscure pallidum subcompactum, sporulis grumosis albidis.

Autumno passim ad Hypna majora invenitur, cespitulos complanatos, non equidem magnos sistit.

19. *lapidum*, laxius contextum spadiceum, filis nonnullis crassioribus. †

Semel inveni (circa Parisios) ad lapides. A priore differt colore nitidiore et textura minus compacta. Sporulae subrotundae parvae et copiosiores. *Ozoniis* quadantenus affine.

***** *Colore virescente, olivaceo.*

20. *chlorinum*, virescens densum mollissimum, sporulis globosis conglutinatis flavo-viridibus. — *Link, p. 181.*

Hab. supra fol. dejecta; textura laxum. Sporulae sparsim glomeratae, facile deciduae, colore flavo-viride distinctae.

21. *aeruginosum*, tenue contextum aeruginosum, sporulis parcis.

Racodium aeruginosum. *Syn. fung. p. 700.*

In truncorum caesorum fissuris solummodo bis inveni in Germania. Aetate colorem mutat in pallide olivaceum, etiam volumen amittit.

22. *olivaceum*, villo laxius contexto aeruginoso, sporulis medio congestis lutescente-olivaceis.

His in regionibus unicum quidem inveni specimen parvum lapidem ad terram obducens sed integrum, et uti pellicula a lapide facile detrahi potest.

23. *psittacinum*, densum crassiusculum, flavovirens, floccis tenuibus septatis, sporulis raris. *Link, Obs. 2. p. 35.*

Ad ramos dejectos in Lusitania.

****** *Colore toto roseo, rubro.*

24. *anthochroa*, subcompactum amoene roseo-rubrum, ambitu albicante.

Thelephora anthochroa. *Syn. fung. p. 576.*

Rarissime ad ligna cariosa inveni. Cespitem vix ½ unc. latum efficit, colore ut in sic dicto flore cobaltino distinctum.

25? *roseum*, expansum roseum dein grumosum griseum. Hypasma *Rebent. Flor. p. 397. t. 4. f. 20.*

Ad vetustas molarum januas. Primo ut caespitulus provenit, demum maculas 2 unc. latas repraesentat. *Reb.*

******* *Villo colore albo, sporulis rubris.*

26. *mycophilum*, caespitibus tenuibus subeffusis margine albis, floccis sublanatis, sporulis globosis rubris copiosissimis. *Link, l. c. p. 179.*

Prov. ad fungos majores exsiccatos tractu magis elongato, passim quoque acervulos efformat dispersos. *L.*

β. rubicundum, totum albo - incarnatum. — In Agaricis destructis. *Nees ab Esenb.*

27. *scotophilum*, caespitib. crassiusculis limitatis, floccis implicatis laxiusculis, sporulis globosis rubris. *Link, p. 180.*

Hab. in merdis exsiccatis.

28. *stercorarium*, crassiusculum limitatum, floccis raris, sporulis copiosissimis globosis. *Lk. l. c.*

Obs. Forte una cum Sporotricho *merdario Lk.* melius ad genus *Trichoderma* referri debet.

29. *muscorum*, ex pallido rubescens, sat late effu-

effusum, villis intricatis, sporulis globosis copiosis.

Passim supra cespites muscosos effusum invenitur, nonnunquam ultra unc. 1. latum. Affine quoque videtur Trichodermatibus, imo et Isariae *roseae*.

30. *vesicarum*, cespitibus tenuibus ambitu albis, versus medium sporulis conglomeratis rubris. *Link*, *l. c.*

Supra vesicas, quibus orificia lagenarum, praeparata anatomica continentium, clauduntur, repertum. Lanam teneram offert. Sporulae conglutinatae, primo albae, dein amoene rubrae. *L.*

31. *ollare*, caespitulis tenuissimis effusis, floccis lanatis, sporulis versus medium coacervatis globosis roseis.

Sporotrichum roseum. *Link*, *p. 177.*

Nascitur super terram in ollis, ubi plantae hyemales conservantur. Ab initio totum candidum, sporulis evolutis, roseum.

32. *rhodochroum*, caespitulis crassiusculis sublimitatis parvis floccisque raris, sporulis minutis roseis. *Link Annal. l. c.*

Aleurisma roseum. *Ejusd. Berl. Magaz. 1815. p. 58.*

Etiam terrestre est, praesertim in turfosis provenit. Acervuli colliculosi demum inter se confluunt.

****** *Villo albo, sporulis nigris.*

33. *Collae*, crassum effusum, floccis implicatis stuposis, sporidiis in acervos globosos congestis. *Link, l. c. p 182.* †

Collarium nigrispermum. *Ejusd. in Berl. Mag. p. 17. t. 1. f. 30. Nees Syst. d. Schw. p. 47. t. 3. f. 42.*

Nascitur super collam siccam, ut lana alba sat crassa, in qua acervuli observantur nigrae ex sporulis seu granulis compositi, sibi arcte agglutinatae. *Lk.*

34. *lyococcos*, effusum laxum, floccis implicatis tenuibus longis albis, sporulis in acervos globosos collectis, in aqua diffluentibus nigris. *Ehrenb. Sylv. Mycol. Berol. p. 22.*

Prov. in Pruno armeniaco.

******* *Colore toto nigro.*

35. *parietinum*, effusum tenue, floccis laevis vagis, sporulis versus medium collectis globosis. *Link, l. c. p. 181.*

Cresc. ad parietes calce recentes dealbatos et humidos.

36. *calcigena*, laxum tenue nigrum, sporulis minutis undique dispersis concoloribus. *Link, l. c.*

Latas plagas occupat in cubiculis recenter calce illitis, humorem conservat et attra-

hit, quam ob rem parietes pejores reddit. *Link.*

37. *chartaceum*, nigrum, primo orbiculare, dein confluens, acervulis pulveraceis.

Non infrequens ad chartas scriptorias aeri humido et pluviis expositas. Caespitulus primo tenuis circularis, dein pluribus confluentibus, latitutidinem acquirunt palmarem.

XXXVIII. Athelia. Depresso-applanata. *Flocci* intertexti tenues, medio in pelliculum laevem sporuliferam condensati (saepius fissilem).

Obs. Habitu quodummodo Thelephorarum resupinatarum.

1. *strigosa*, obscure lutescens opacum crassiusculum irregulare dense strigoso-villosum.

Corticium strigosum. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 18.

Passim provenit ad salicum cortices, quarum fissuras explet villo strigoso, 1-2 unc. lato, membranula sporulifera brevi et colore paululum dilutiore distinctum.

β. *muscigena*, irregularis, sordito lutescens opacum molle, floccis subfuniculatis densis.

Thelephora byssoides. *Syn. fung.* p. 577.

Praesertim in pinetis provenit supra et

inter muscos quos una cum ramulis siccis coadunat in ferruginem.

2. *epidermea*, late effusa tenuissima submembranacea albido-pallens tota glabra.

Non raro observatur supra epidermidem ramorum exsiccatorum quercuum, ubi nonnunquam ad longitudinem spithamaeam est effusa. Vix initium *Thelephorae* cujusdam.

3. *Typhae*, longitudinaliter effusa tenuis demum tota glabra, subfarinacea alutacia.

Hab. ad culmos Typhae *latifoliae* exsiccatos. Ab initio orbicularis alba et byssina.

4. *Salicum*, latissima tenerrima ubique glabra albicans aut subcinerascens.

Ad ligna emortua salicum prope Neuchatel.

Tres unc. fere lata, margine sinuato.

5. *ochracea*, subnitens compacta, medio dilute ochraceo, margine byssino albicante.

β. pallida, colore dilute pallido.

Hab. ad ligna quibus arcte adhaeret, 2-3 unc. lata.

6. *Taxi*, irregulariter effusa tenerrima, subpubescens grisea.

Hab. ad cortices Taxi. *Chaillet.*

7. *epiphylla*, tenuissima glabra cinerascens. *Pers. Traité p. 67.*

Rarius in pagina superiore fol. quercus. *Cauvin.*

Irregulariter et magis in latitudinem effusa, unc. 1. lata.

8. *bombacina*, epiphylla tenerrima candida, margine glabro.

Sporotrichum, *bombacinum*, effusum tenuissimum densiusculum album, floccis tenerrimis septatis, sporidiis obscuris. *Link, Berl. Mag.*

Provenit in fol. dejectis, filicinis et quercinis.

9. *lanuginosa*, late effusa lanuginosa albida, pellicula sporulifera brevi.

Hab. ad muscos, fol. putrida et sub cortice ramorum dejectorum. Margo latas byssinas, ab initio *Himantiae* subsimilis, etiam subfibrillosa.

10. *velutina*, longitudinaliter effusa, disco carneo-rufa, margine byssino: fibrillis rectis aut subdivergentibus.

Thelephora velutina. *Decand. Flor. Gall. 6. pag.* .

Hab. ad ligna exsiccata quercina. Ultra 2 unc. longa, $\frac{1}{2}$ lata.

11. *sericea*, disco reticulato-contexto pallido fuscescente, fibrillis marginalibus sericeis rectis subdivergentibus sulphureis.

Thelephora sulphurea. *Syn. fung. p.?*.

Hab. ad ramos exaridos, muscosos. Species satis pulchra, a sequente omnino diversa.

12. *citrina*, terrestris, fulvo-sulphurea, primo subfibrillosa. *Traité sur les champ. comestib.* p. 67.

Crescit pulchra haec species ad pedes arborum supra terram et muscos; gregarie crescit, sed vix ultra ½ unc. lata, et lin. crassa.

XXXIX. Ozonium. *Fibrillae* elongatae (liberae), ramosae, discretae (non intricatae) subtomentosae repentes: primariis crassioribus, teretibus, glabriusculis.

Obs. Himantiis forte nimis affine genus.

1. *croceum*, dispersum flavo-croceum, fibrillis subdifformibus vage ramosis.

Himantia sulphurea. *Syn. fung. p. 703.*

Sporotrichum croceum. *Kunze Mycologische Hefte, 1. p. 81.* (quoad specimen missum).

Hab. in quisquiliis, passim intra terram. Fibrillulae vix ½ unc. longae, in medio saepe difformiter incrassatae.

Obs. An forte status junior Atheliae *citrinae?* sed secundum D. Kunze, sporulis minutis ovalibus obtecta est haecce plantula.

2. *lateritium*, fibrillis vage ramosis subdiffor-
mibus incrassatis glabris sublateritiis. †

Himantia lateritia. *Syn. fung. p. 704.*

Clavaria filiformis. *Sowerb. Engl. fung. t. 387. f. 4.*

Hab. supra folia exsiccata praesertim *castaneae*, sero autumno, supra quae aliquando totum effusum et iis fere agglutinatum colore tunc subcroceo, plerumque vero liberum adscendens rarius ramosum, colore ex rufescente, lateritio et spadiceo variat, apice passim albicante. Plantula dubii loci, etiam ad *Isarios* ob formam quodammodo accedit, sed omnino glabra, et substantia sicca est.

3. *stuposum*, subterraneum, magnum subimplicatum opacum spadiceum subglabrum.

Dematium stuposum. *Syn. fung. l. c.*

Byssus intertexta. *Decand. Flor. Gall.*

Hab. in Fodinis et aliis locis subterraneis.

Fibrillae latitudine sensim diminuuntur.

4. *fulvum*, cespitosum densum fulvo-ferrugineum fibrillis rigidis strictis.

Ozonium auricomum. *Link in Berl. Mag. pag. 21.* (quoad communicata specimina).

Dematium strigosum. *Syn. fung. p. 695.*

Byssus fulva. *Huds. Humb. Friberg. p. 62.*

Byssus barbata. *Engl. Botany. t. 701.*

Hab. ad truncos exsiccatos et humiditati expositos; praesertim sub cortice aut intra hujus fissuras, demum saepe canescit.

β. Gentianae, filis magis discretis elongatis apice divergentibus, colore dilutiore flavescente.

Hab. ad caules aridos *Gentianae luteae*, in Vogesia. An forte species distincta?

5. *radians*, dilatata compressa ferruginea, fibrillis centrifugis radiantibus.

Byssus parietina, var. *α. Decand. Flor. Gall.*

Hab. in domubus humidis et obscuris ad parietes.

Species elegantissima cum priore quoad colorem convenit, sed dispositione fibrillarum, quarum primariae incrassatae et glabrae et minores subimplicatae villosae sunt, ab ea distingui debet. Ad *Himantias* transitum facit.

XL. Himantia. Repens depressa, (tenerior). *Fibrillae* ramosissimae divergenti - ramosae discretae; omnibus conformibus, minoribus nonnunquam in membranam connatis.

* *versicolores.*

1. *rubiginosum*, mollissimum rufo - spadiceum partim intertextum villosum, fibrillis pansis distinctis crassiusculis teretibus.

Turino misit cl. *Balbis*, ad muros et in cellis habitare videtur, cum particulis calcareis inquinata est et subtus unita ceterum unc. 1. lata et *Racodiis* affinis. †

2. *domestica*, maxima subviolaceo-fuscescens mollis in membranam subcohaerens. *Syn. fung. p. 703.* †

Crescit in domubus intra ligna fabrefacta, quae destruit, longitudine nonnunquam insigni, demum fere membranacea. Affinitatem quandam habet cum Xylostromatibus.

3. *cellaris*, magna ramosissima villosa nigrescente-umbrina.

Hab. in cellis ad muros, longitudine aliquando bipedali, ramis divergentibus in membranam coalitis in individuis majoribus; ramulis quasi anastomosantibus.

4. *umbrina*, compactior minus divergens ramis cancellatis, umbrina. *Syn fung. p. 704.*

Rarissime provenit ad cortices arborum in Germania. Antecedenti valde affinis. Longitudine palmari.

5. *flabellata*, ramosissima villoso-hirta umbrina, ramis flabellatis apice in membranam? concretis.

Fibrillaria ramosissima. *Sowerb. Engl. fung. t. 387. f. 2.*

Species ex icone valde distincta, quae,

uti brevis descriptio dicit, duos pedes habet in diametro, et saepe concentrice crescit. Rami crassi sunt, sed breves.

6. *rosea*, radiato-ramosa rosea, fibrillis crassiusculis, extimis byssaceis.

Himantia Rosae. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 211.*

Hab. in Suecia in cortice Pini et Juniperi.

7. *helvola*, repens subadnata glabriuscula subcinnamomea: ramulis aequalibus divergentibus: nonnullis fasciculatis.

Hab. ad Ligna, in Germania. *Funck.*

Unc. 1 magna, tenuis. Fibrillae aequales, basi convergunt.

8. *dendritica*, depresso plana adnata glabriuscula pallida, ramulis sparsis divergentibus.

Hab. in Germania. *Esenbeck.*

Species elegantula exacte dendritica, substantia submembranacea a ceteris parum recedit.

** *Albae, epiphyllae.*

9. *plumosa*, epiphylla repens depressa uniformis candida, apice dilatata plumosa.

Himantia candida var. α. *Syn. fung. p. 704.*

Byssocladium candidum. *Link, Berl. Mag. 1815. p. 36.*

Frequens in foliis delapsis praesertim quercinis. Ramoso-dichotoma et undique villosa.

10. *radians*, gregaria subparva, fibrillis demum adscendentibus glabriusculis subsimplicibus, dein pallentibus, basi villoso-radiante (fol.) affixa. *Champ. Comest. p. 65.*

Himantia farinacea. *Consp. fung. p. 373.* Exclus. Synonymo.

Chordostylum hispidulum. *Tod. Fung. Mecklenb. 1. p. 39. t. 7. f. 54.?*

Equidem non rara in foliis siccis delapsis.

11. *Tela*, ramosissima repens tenerrima farinosa, fibrillis tenuissimis pallidis glabriusculis.

Passim provenit quoque in foliis, quae ad dimidium occupat. Telae arachnoideae e longinquo haud absimilis. Ramuli extimi villosa farinacea. Mihi quoque missa sub nomine Acremonii *verticillati*.

12. *nitens*, albido-nitens subcrustacea, fibrillis obsoletis.

Hab. passim sero autumno, in sylvis frondosis, inter acervos foliorum exsiccatorum, quae inter se quasi agglutinat et in altum elevat. Fibrillae quidem in pelliculam quasi cohaerent, sed sub lente et nonnullae quoque in margine satis distinctae apparent.

13? *pulchella*, tenerrima candida appressa, fibrillis distinctis radiato-divergentibus.

Elegantula haecce planta passim crescit supra folia adhuc viridia Rosae *gallicae* in campis circa Parisios. Textura valde delicata, vix villosa est. Fibrillulae angustae, ut venae supra fol. pag. superiore sese expandunt. An forte subiculum *Erysiphes cujusdam?*

*** *Albae, epixylae.*

14. *fimbriata*, magna effusa ramosa, filis longis subargenteis, fasciculatim basi congestis, apicibus diffusis applanatis plumosis. *Schumach. Saell. p. 444.* H. plumosa.

Inter corticem et lignum nec non in truncis cavis putrescentibus haec elegans species nascitur. *S.*

15. *subcorticalis*, primo villosa divergente-radians, demum in membranam latam glabram coalescens.

Hab. praesertim inter corticem et lignum (sed illi adnata) ramorum putridorum, locis humidis jacentium. Saepe guttulas aquae sat magnas exsudat, an forte tunc a b. *Tode* ut Myrothecium *roridum* descripta?

16. *Ornithogala*, sublate incrustans farinosa, fibrillulas nonnullas liberas exserens.

Hab. ad sepes in quisquiliis, ad ramulos foliaque sicca ibi accumulatos, quae ejus fibrillis inter se cohaerent, colore albo, excremento avium e longinquo simili mox discernitur.

XLI. Xylostroma. Diffusum, coriaceo-suberosum, compactum, laeve, asporum.

1. *radians*, tenue submembranaceum ligno arcte adhaerens, pallide spadiceum, a fibrillulis obsoletis radiante-striatum, dein compactum nigrescens.

Hab. ad ligna dura Juglandis regiae. *Chaillet.*

Substantia sicca, membranacea, glaberrima, quae ex fibrillis conflata est, harum enim nonnullae, colore spadiceae, radiatim prominent. Demum in areolas aut frustula dilabitur, nec non nigricat. Haecce plantula parum dubia et ulterius indaganda.

2. *cinereum*, crassiusculum laeve dilute cinereum.

Hab. in Gallia. Valde compactum, utrinque planum, 1-2 lin. crassum, nonnullas unc. latum.

3. *candidum*, orbiculare confertum tenuissimum candidum glabrum lignum ubique penetrans.

Repertum in ligno carioso quercino. Conf. Racod. *papyraceum* et obs. ibi adjectam.

4. *loreum*, coriaceo-membranaceum tenue rufo-spadiceum.

Hab. in Gallia. Lora exacte simulat. Spithamam longum, 1-2 unc. latum.

5. *ramentaceum*, tenuissimum parvum laeve ferrugineum.

Ad ligna exsiccata. Unc. et quod excurrit magnum. An vera Xylostromatis species?

6. *Corium*, latissimum coriiforme laeve pallide alutaceum flexile.

Xylostroma giganteum. *Tode fung. 1. p. 36. t. 6. p. 51. Sowerby fung. t. 358.* (optima). *Syn. fung. p. 702.* sub Racodio.

Hab. in interiore truncorum *quercuum.* Corio simile, ab Anglis hinc *Oak-leather* nominatum. Nunc ligno arete adnatum, nunc liberum, ad longitudinem nonnunquam insignem extensum. Substantia et colore paululo differt ut et crassitudine.

7. *Suber*, latissimum crassum suberosum durum dilute alutaceum, inferne spadiceum.

Inventum in cupa, ubi vinum fuit fabricatum, et cujus fundum fere totum explens. Communicatum a D. *Thuillier.*

Tres quatuorve lineas crassum; superficies in specimine inaequalis, hinc inde lacunosa. Color in pagina inferiore, quae scabra est, fere nigrescit, et verosimile ab uvulis rubris residuis ita mutatus.

ORDO SECUNDUS.

SARCOMYCI (*Hymenomyci*, *Pilomyci*) seu fungi stricte sic dicti, textura sunt stipati, substantia carnosi, coriacei vel tremellosi, exceptis nonnullis speciebus praesertim Thelephorae, Boleti et Hydni, quae nonnunquam praesertim versus ambitum totae villosae sunt. Magnitudine plerumque ceteros superant, nec non formam habent determinatam, quae est aut teres vel elongata, plerumque plusminusve orbicularis et *pileus* (cum ejus varietatibus) audit, hic, saltem in majoribus et terrestribus, suffultus est pediculo (*Stipes*). *Seminula* (*Sporulae*, *Sporidia*) proferunt parca in copia, nonnunquam solummodo prunae ad instar, in omni aut in una alterave superficie, quae antea inclusa fuerunt in *thecis* membranaceis, oculi inermi vix percipiendis, quae vero dense adpropinquatae sunt, ut membranam homogeneam efficere videantur, et *hymenium* denominatam; hoc enim vel laeve est vel tuberculosum, aut porosum et aculeatum, saepius vero plicatum et lamellosum.

---

† *Tremelloidei*, substantia, uti nomen indicat, sunt molles, tremellosi, aut interdum

carnoso - coriaceo - tremellosi (non fluxiles), nunc laeves, nunc rugoso - plicati, forma satis varii, plerumque vero minus regulari; sporulas quoque (nonnullis forte exceptis) secernunt quae vero thecis (in omnibus?) sunt destitutae.

XLII. Mycoderma. Orbiculare, coriiforme, primo molle, subpellucidum dein induratum, substantia ubique aequali. (Aspermum? natura Mucedinum).

1. *ollare*, fusco - badium magnum, utrinque plicis densis rugosum, demum fragile.

Repertum in olla quadam, ubi folia *Rumicis Acetosae* cocta asservata fuerunt.

2. *mesentericum*, crassiusculum album subviscosum, utrinque undulato - plicatum, mesenteriforme.

Supra orificium ruptura ortum in lagena vino adhuc plena reperta a cl. *Chaillet.* Aqua irroratum, carnosum et ad tactum viscosum. Conf. *Traité sur les champ. commestib. p.* .

3. *Lagenae*, rubens orbiculare subpeltatum laeve, inferne obsolete rugosum.

Eodem modo uti antecedens natum et mecum ab eodem inventore benevole communicatum, cum multis aliis fungis raris.

4. *pergameneum*, orbiculare tenuissimum album superficie exasperatum.

Dete-

Detectum a Dom. *Desmazieres*, Lilloae, supra succum cerasorum, inclusum in lagena, ubi pellem sistitit, 2 - 3 unc. latum.

Obs. Hae enumeratae formae originem ceperunt in locis a ceteris fungis majoribus ita alienum ut adhuc dubitandum, an revera ad horum vegetabilium familiam pertineant; cum vero facie et substantia fungosa omnino gaudent, hinc eas silentio non praeteriri existimavi.

XLIII. Auricularia, sessilis, coriaceo-tremellosa in superficie sporulifera (disco) vage plicato-venosa, plicis paucis divaricatis, subtus tomentosa.

1. *mesenterica*, subimbricata, pileo demum reflexo fasciato fuscescente griseo, disco purpurascente plicato.

Thelephora mesenterica. *Syn. fung. p. 571. Bolt. fung. Append. t. 172. Michel. gen. t. 66. f. 4.*

——— Auricularia tremelloides. *Bull. champ. t. 290.* (mala).

Hab. ad truncos arborum, praesertim *Juglandis.* Fungus junior resupinatus, late effusus. Pil. superne griseo- aut cinereo-brunescens, zonis concentricis distinctus et hirsutus. Discus in maturitate a sporulis albo-farinosus.

2. *Sambuci*, resupinata concava, utrinque ve-

noso - plicata externe tenui tomentoso fuscescente, interne nigrescente.

Tremella Auricula. *Syn. fung. p. 6. 14.*

Peziza Auricula *Lin. Bull. t. 427. f. 11.*

Hab. ad truncos *Sambuci nigrae*, saepe gregaria. Sat magna. Plicae in pileo qui non zonatus est magis distinctae sunt quam in disco, qui nigrescit.

XLIV. Tremella. Gelatinosa, forma varia, undique sporulifera. *Pileus* distinctus nullus. *Sporulae* demum emersae, thecis distinctis non inclusae *).

* Encephalium, *capitulo subrotundo plicato-gyroso, continente nucleum compactum.*

1. *encephala*, sessilis subcompacta carneo-fuscescens. — *Willd. Bot. Mag. vol. 2. fasc. 1. p. 17. t. 4. f. 14. Albert. et Swein. Conspect. fung. p. 301.* (Descr. optima.)

Encephalium *aurantiacum*. Stroma ambitu plicato gelatinoso, nucleo duro compacto,

---

*) Hocce genus comprehendens species forma valde diversas, in posterum dividendum. Illud sub nomine: *Encephalium* a cl. *Link* a ceteris separatum, quamvis quoad habitum externum cum nonnullis ex divisione secunda conveniat, tamen ab iis differt nucleo quodam, typo forte pilei; sed Tubercularia *vulgaris* a ceteris etiam *nucleo* distinguitur.

sporidiis in ambitu sparsis demum emersis. (Char. gener.) *Link in Berl. Mag. 1815. p. 33.*

Nematelia encephala. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 370.*

Hab. in ramis Pini *sylvestris.*

Obs. B. Willdenow hanc speciem oblongam, sessilem, nec non pallide carneam, exsiccando vero fuscescentem descripsit: cl. Schumacher (*Flor. Saelland. p. 438.*) ei attribuit stipitem brevissimum, basi dilatatum et colorem subumbrinum, qui vero secundum cel. Link est aurantiacus. Species hinc videtur variabilis, aut ex pluribus composita.

2. *rubiformis*, gyrosa lutea. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 370.* (Naematelia).

Hab. cum priore rarior. Absque descriptione. †

** Gyraria. *Effusa* (major), *plicata gyrosa, vel undulata, submembranacea.*

3. *fragiformis*, subcompacta rotunda rubra, sublobata, plicis confertis. *Syn. fung. p. 622. Icon. pict. fung. fasc. 2. p. 23. t. X. f. 1.*

Crescit quoque ad cortices Pini. Intus colore pallidiore (an nucleo?) distincta, hinc omnino examinari meretur, an Encephalii species sit.

4. *mesenterica*, plicato-undulata flavo-aurantiaca. *Syn. fung. p. 622. Jacq. Miscell. au-*

striaca. 1. p. t. 13. Vaill. Botan. t. 14. f. 4.

Satis frequens prorumpit initio hyemis, post pluvias, e ramis exsiccatis, lignis et sepimentis ½ unc. ad 1 unc. magna, nunc subrotunda, nunc oblonga, passim subcompressa pro loco natali; colore plus minusve flavo-aurantiaco. Substantia subtenax.

β? *lutescens*, gyrosa mollissima fluxilis (?) pallide flava. *Syn. fung. l. c. Ic. et Descr. fung. p. 33. t. 8. f. 9. Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 28.*

Autumno in Germania rarius eam inveni ad ramum fagineum, nec denuo, nec alibi. Forte nonnullis ab auctoribus antecedens sub hoc nomine descripta vel enumerata est species.

5. *Helvelloides*, gelatinoso-tremula roseo-aurantiaca erecta, stipite basi sulcato frondescente, margine sinuato. *Decand. Syn. pl. Gall. p. 19.*

Hab. ad terram subhumidam in fagetis. An hujus divisionis? Sex unc. alta. Capitul. erectum, aut nutans. *D.* †

6. *candida*, subparva rotundata gyrosa alba. *Syn. fung. p. 624.*

Passim ad ramos siccos tum in sepibus, quam in sylvis, autumno et hyeme. Parva, vix 4 lin. lata, erumpens.

7. *violacea*, subcompressa parva compacta gyrosa violacea. *Syn. fung. p. 623.*

Hyeme ad truncos Pyri communis; ex quibus erumpit, ad quatuor lineas longa, vix unam crassa.

8. *tinctoria*, magna cespitosa undulato laevis vinoso - violacea, exsiccata (fragili) fusco-purpurea.

Tremella mesenteriformis, var. 4. violacea. *Bull. Hist. d. Champ. p. 230. t. 499. f. VI.*

Hab. ad truncos, rarius. 2 - 3 unc. magna, foliacea. Tincturae inservire potest ex Bulliard.

Obs. An Tremella undulata *Hoffm. veg. crypt. 1. t. 7. f. 1.* hujus loci?

9. *foliacea*, magna cespitosa utrinque laevis undulato - plicata basi crispa cinnamomeo-carnea. *Syn. fung. p. 626. Obs. Myc. 2. p. 98.*

Hab. in umbrosis ad truncos. Subpezizoidea.

10. *succina*, cespitosa tenuis pellucida plicata fuscescente succina.

Tremella mesenteriformis. *Bull. Champ. t. 499.*

Rarius ad ligna exsiccata observatur autumno sero. Substantia tenuis, tremula, magnitudine unciali. A Tr. *mesenterica* quam maxime diversa.

Cespitem non tam densum eam formantem inveni, qualem depinxit beat. Bulliard. Antecedenti valde affinis.

11. *salicum*, gregaria orbicularis peltata submembranacea pellucida disco late plicata fusco-succina.

Hab. in Germania ad ramos exsiccatos salicum. D. *Ehrenberg.*

Exsiccata valde contrahitur, difformis fit et fere nigrescit; aqua irrigata formam genuinam acquirit satis gratam auriculae subsimilem; $\frac{3}{4}$ unc. fere lata, plicato rugosa, subnitens.

12. *impressa*, explanata impressa subconchiformis, recens laevis opaca nigrescente-fusca.

Tremella rufescens. *Ehrenberg* (ined.)

Unc. lata est haecce species, crassiuscula sicca rugosa, sed non valde diminuitur, et rufo fusca fit; humectata tota laevis, aut tantum modo versus marginem parum plicata, subtus uti videtur sterilis est.

13. *spiculosa*, effusa applanta nigra papillis conicis spiculosa. *Syn. fung. p. 624.*

Tremella glandulosa. *Bull. Champ. t. 42. f. 1.*

Provenit sero autumno ad ramos putridos, supra quos longitudinaliter est effusa. Ab initio suborbicularis plana, et tunc magis plicata videtur. Inferne tomenti tenui obtecta hinc

generi *Auriculariae* valde affinis, tamen *Tremellarum* faciem habet. Ab hac Trem. *papillata Kunze Mycol. Hefte, p. 86.* non diversa videtur.

*** Tremiscus, *erecta dimidiata, subauriculata.*

14. *fimbriata*, umbrino - fuliginea suberecta, latero incisa, margine undulata. *Syn. l. c. Obs. Mycol. II. p. 97. — Hoffm. veg. cryptog. I. t. VII. f. 1.?*

In ramis putrescentibus, locis humidis, passim. Sursum dilatata.

15. *rufa*, magna erecta carneo - rufa dimidicato - infundibuliformis, marginibus laevibus subcinnatis. *Jacq. Misc. Austr. I. p. 143. t. 14.*

Hab. in Austria et Helvetia.

Obs. Species singularis forte sui generis, nam solummodo interne fructificare videtur. Ultra 2 unc. longa, versus basin canaliculata. Juniores ligulatae, adultiores subauriculatae vel spathulatae.

**** Agyria. *Pezizae — aut tuberculiformis, recens laevis, aut subrugoso plicata.* (Species plerumque parvae.)

16. *recisa*, mollis obconica truncata plana aut subconvexa subrepanda fusco - succina, stipite obliquo. — *Ditmar in Sturm Flor. German., cryptog. Fung. fasc. 1. p. 27. t. 13.*

Peziza gelatinosa. *Bull. champ. t. 460. f. 2. Syn. fung. p. 633.*

Provenit ad ramulos aridos, praesertim salicinos. *Pezizam* exacte refert. Maxima hujus subdivisionis. Exsiccata valde diminuitur et spadicin evadit.

17. *Urticae*, conferta minuta plana aut excavata flavo-rubra. *Syn. fung. p. 628.*

Vulgaris ad caules exaridos Urticae *dioicae*, ubi est inmersa, saepe in seriem longitudinalem crescit et applanata est. — A reliquis speciebus floccis rectis parallelis differt, quippe qui in aliis magis contorti sunt. *Link.*

18. *abietina*, gregaria parva subrotunda convexa aurantiaca. *Syn. fung. p. 627.*

Satis frequens ad ligna abietina fabrefacta, hyeme.

Tuberculiformis, laevis, inmutabilis, rarius subplicata, lin. lata.

Obs. Flocci intertexti septati albi, sporidiis creberrimis aurantiis globosis interspersis. *Link, Obs. 2. p. 33.* A cl. *Nees ab Esenbeck* cum sequente sub nomine Dacryomyces *stillatus* (*Fung. I. p. 89. t. 90.*) conjuncta.

19. *lacrymalis*, subrotunda aut inaequalis subplicata lutescens nitida. *Syn. fung. p. 628.*

Tremella deliquescens. *Bull. champ. t. 455. f. 3.?*

Autumno passim ad ligna quercina crescit. Ab initio globosa laevis, demum oblonga, subconfluens quasi lobata. Recens flava, exsiccata fuscescit, et valde tenuis depressa fit.

20. *hyalina*, congesta hyalina alba subrotunda oblongaque laevis aut subplicata.

Autumno passim ad ramos cariosos quercinos, his in regionibus, inveni; 2-3 lin. magna est.

Obs. An a Tr. *candida* sufficienter distincta?

21. *fimetaria*, subexigua gregaria gelatinosa orbiculata depressiuscula tuberculosa fusco-carnea subdiaphana sessilis. *Schum. l. c.*

In fimo vaccino. Jul. in Dania. †

22. *Syringae*, minor gregaria subconfluens carnosa orbiculata subtuberculosa aurantio-rubra, stipite brevissimo superne dilatata. *Schum. Flor. Saelland. p. 440.*

In rimis truncorum Syringae vulgaris. Decemb. †

23. *alutacea*, gregaria subconfluens carnoso-gelatinosa suborbiculata minutula subgyroso-tuberculosa, alutacea, stipite brevissimo cylindrico. *Schum. l. c. p. 439.*

In ramulo subputrido, in Dania reperta. †

Obs. Tres hae species, mihi plana ignotae, ob discum tuberculosam et stipitis pre-

sentiam forte alius sunt generis, et denuo examinari merentur.

***** *Coryne* (Nees). *Elongata, teres, erecta, clavaeformis.*

24. *clavata*, solitaria erecta simplex incrassata carneo-rubra. *Syn. fung. p. 630. Icon. pictae fung. fasc. 2. p. 24. t. X. f. 1.*

In ramis putridis. Unc. 1 alta, 2-3 lin. crassa.

25. *cornuta*, gregaria subcompressa ramoso-cornuta obscure carnea. *Syn. fung. l. c.*

Vere ad truncos, aeque ac rare ac antecedens.

26. *dubia*, cespitosa viscosa fastigiata mollis carneo-subalbicans. *Syn. fung. l. c. Schaeff. fung. t. 323. f. 1. 3—6.*

Coryne Acrospermum. *Nees fung. t. 15. f. 143.*

Hab. autumno ad caudices putridos. Affinis Pezizae *sarcoidi*. Forma variabilis.

27. *aculeiformis*, gregaria fasciculata flavescens simplex ramosaque basi connata latiore. *Syn. fung. p. 596.*

Clavaria cornea. *Batsch El. fung. f. 161.* Clavaria aculeiformis. *Bull. champ. t. 463. f. 4.*

Hab. in lignis putrescentibus, vero autumno. Minuta, 2-3 lin. alta.

28. *ferruginea*, gregaria submagna carnoso-gelatinosa fusco-ferruginea simplex passim bifida flexuosa, basi angustata. *Schum. Flor. Saelland. p. 441.* †

In ramulis dejectis semiputridis, in Dania Hyeme.

29. *palmata*, solitaria carnoso-subcoriacea aurantio-lutea (fulva) compressa dilatata apice ramoso: ramulis subteretibus divaricatis. *Schum. Saelland. 2. p. 442.*

Hab. in ligno quercino, autumno. Magnitudine media, basi angusta. Ramuli obtusi. *S.*

30. *ligulata*, gregaria subminuti rugulosa subcompressa obtusa diaphana pallida. *Schumach. l. c.*

Inventa, in Dania, in stipitibus Pteridis aquilinae. Clavata 1½ lin. longa.

31. *glossoides*, flava parvula simplex subtremellosa, clavula ligulata, caul. tereti. *Syn. fung. p. 596.*

Apparet rarius in ligno exsiccato subputrido quercuum. Altitudine trilineari.

32. *subclavata*, subsolitaria media clavata subgelatinosa, apice subtuberculosa sordide lutea, compressiuscula, basi teres. *Schumach. l. c. p. 442.*

β. applanata, submagna applanata elevata tuberculosa subgyrosa lutea. *Schum. l. c.*

In ligno subputrido quercino. Novembr. ½ unc. longa.

***** *Acrospermum*, apice capitulo sporulifero distinctum ibique colore plerumque dilutiore.

33. *galeata*, gregaria e fuligineo subpurpurascens, capitulo subalbicante. *Comment. de fung. clavaef. p. 91. Flor. Dan. t. 1100. f. 2.*

Helotium galeatum. *Syn. fung. p. 628.*

Clavaria galeata. *Holmsk. Fung. Dan. p. 25. ic.*

Autumno passim ad ramulos dejectos, locis praesertim humentibus. Unc. 1. fere magna.

34. *cylindrica*, solitaria submagna carnoso-gelatinosa elongato-clavata purpurea, apice obtuso dilutiore. *Schum. l. c. p. 441.*

Acrospermum cylindricum. *Flor. Dan. t. 1076. f. 4.*

In ligno putrido et ramis dejectis. Pini Abietis et Betulae *albae*, in Dania.

Teres, subflexuosa, basi angustata purpureo-nigricans et fuliginosa.

β. *cornuta*, obscure purpurea, basi stipitiformi nigra, superne bi-trifido, ramulis subdivaricatis simplicibus subincisisve tuberculatis compressis. *Schum.*

Hab. cum antecedente, a qua ut species forsan distingui meretur.

****** *Leioderma*, tremelloso-coriacea, laevis, exsiccatione immutabilis, ligno arcte adnata, applanata.

35. *elliptica*, aquose pallida elliptica tenuis.

Semel ad caules aridos Urticae dioicae mihi obvia, sed tunc sat magna in copia. Lin. 1 - 2 longa.

36. *linearis*, minuta elongata linearis pallens.

Aeque rara in ramulis dejectis quercinis, in quibus ut striae apparent. Substantia mollior.

37. *Arundinis*, majuscula subcoriacea nigrens demum subrimosa.

Ad culmos exsiccatos Arundinis Phragmitidis. *Chaillet*. Unc. 1 effusa, subinterrupta opaca, tenuis.

---

†† Thelephorei fungi substantia sunt firmiore coriacea, nonnullis exceptis quae aut toti aut ad marginem byssoidei vel textura tomentosa sunt, et forma magis regulari, sed pileo bene distincto nondum gaudent: plurimi enim effusi aut effuso-resupinati sunt, pauci imbricato-horizontales, nonnulli integri, infundibuliformes, nonnulli clavaeformes ramosi. In plurimis perspicuum adest hymenium, quos, in superficie est tuberculosum vel papillosum, aut papilloso-pulveraceum, in aliquibus interea omnino laeve, in perfectioribus ex thecis compositum, aut sporulis tantum adspersum.

XLV. Thelephora. *Pileus* forma varius. *Hymenium* papillis, passim simul setulis distinctum, vel omnino laeve.

* Polypilus, stipitatus, cespitosus. *Pilei* subcarnoso-coriacei, numerosi horizontales, aut infundibuliformes. *Hymenium* laeve. (*Species majusculae, terrestres, pallidae.*)

1. *frondosa*, maxima stipitata forma varia, stipite tuberoso difformi, pileis imbricatis undulato-crispis glabris pallescentibus.

In Gallia ad pedes *Pini maritimae*, mensibus Octobri, Novembri crescens detecta a D. *Cauvin Descr.* Boletum (Polyporum) *frondosum* quodammodo refert, sed minor, spithamam et ultra est haec species. *Stipes* simplex, aut ramosus, compresso-irregularis, 2 uncias longus, unc. 1 crassus, terram ad 2 uncias fere intrat, basi subtuberosa paucasque fibrillas emittens. *Pileoli* lobiformes numerosi, dimidiati, tenues, substriati, margine incisi, subcristati; nonnulli integri, subinfundibuliformes, recenti in statu subalbidi. *Hymenium* laeve, aut subplicatum, colore intensius. *Odor* gratus Agarici *campestris* aut Morchellae *esculentae.*

2. *intybacea*, stipitibus elongatis basi unitis, pileis imbricatis fibroso-squamosis, subtriquetris pallidis, subtus fusco-cinereis. *Syn. fung. p.* 567.

Olim in fagetis circa Gottingam hunc fungum inveni, cespitem efformantem obconicum, 3 unc. latum. Cum vero denuo sese mihi non obtulit, plura de illo in medium proferre hactenus non possum.

3. *pannosa*, cespitosa pallide flavescens, pileo infundibuliformi margine lacero.

Helvella pannosa. *Sowerby fung. t. 155.*

Cresc. in Anglia. Pil., in specimine ab auctore recepto, margine plus minusve lacerus subglaber, et inferne setulis destitutus; an etiam aliquando integerrimus? Stipes sublongus. Sequenti affinis.

4. *pallida*, cespitosa pallida, pileo integro infundibuliformi squamoso strigoso, hymenio setulis distincto. *Syn. fung. p. 565. Ic. et Descr. fung. Fasc. 1. p. 5. t. 1. f. 5.*

Hab. in Germaniae umbrosis, sed rarius. Stipes basi villosus. Pileus ex pallido rufescens, cum vicinis saepius connascens, inferne longitudinaliter striatus et setulis hispidus, sed non papillosus.

** Phylacteria. *Pileus* coriaceo-membranaceus, submollis, effusus, imbricatus, aut passim infundibuliformis. *Hymenium* sublaeve, vel granulosum, et in fungo recenti setulis? brevissimis sporulosis? quaternatim aggregatis, distinctum. (*Species terrestres, involventes, fusco-purpurascentes, nigricantes, aut griseo-cinereae.*)

5. *elegans*, pileo integro subimbricato tomentoso albo, margine nigro - zonato, inferne fusco - purpurea.

Auricularia elegans. *Sow. fung. v. 3. t. 412.*

Prov. in Angliae sylvis. Pilei dilatati excentro communi divergentes et tomento candidissimo obtecti, ad marginem lineolis nigris pictis, subtus prima grisea adspersi. *Sow.*

6. *caryophyllea*, cespitosa fusco - purpurea, pileo infundibuliformi striato - fibroso, margine erecto albicante, saepius inciso. — *Syn. fung. p. 565. Schaeff. t. 325.*

Auricularia caryophyllea. *Bull. t. 403. f. 6.* (mediocris.)

β. laciniata, imbricata obscure fusca aut badia, pileo tenui laciniato crispo, subtus papillis congestis scabro. *Syn. fung. p. 567.*

Auricularia caryophyllea. *Sowerb. t. 213.* huc magis pertinet.

γ. ambigua, minor gregaria, pileo utplurimum inciso, subtus laevi fusco, superne striato. *Obs. Mycol. 1. p. 39. t. 6. f. 8 et 10.*

Merulius radiatus. *Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 56. t. 29. Nees ab Esenbeck System. t. 34. f. 250.*

Peziza radiata. *Flor. Dan. t. 469. f. 2.*

Hab. in sylvis frondosis, magis in pinetis, ad terram inter folia et stipitos, cum qui-

bus

bus saepius connata. Pileus subflaccidus, convolutus, nunc integer, nunc uno latere incisus, aut ad marginem dissectus, plus minusve tamen verticalis. Stipes brevis.

7. *terrestris*, cespitosa fusco - purpurea, pileo depresso fibroso - strigoso dimidiato, margine albicante. *Syn. fung. p. 566. Nees System. f. 251.*

Agaricus tristis. *Batsch Elench. fung. t. 24. f. 41.*

Helvella caryophyllea. *Bolt. fung. t. 175.?*

Etiam ad terram crescit, plerumque vero ad frustula lignea terra tecta, amatque, uti antecedens, solum arenosum. Pileus plerumque imbricatus aut cum vicinis margine connatus, subcrassus, horizontalis, hinc stipes, qui brevissimus, plerumque lateralis est, aliquando centralis, pileo tunc subintegro: Thel. *dubia. Syn. fung. l. c.* — Priori valde affinis est.

Obs. Thelephora *mesenteriformis*, substipitata imbricata floccoso - fasciata fusca, margine laciniato albido. *Willd. Berol. t. 7. f. 15.* ab auctoribus plerumque huc adducta, ad precedentem potius referri debet.

8. *palmata*, subcarnosa mollis, pileis imbricatis digitato incisis fusco - purpureis.

Clavaria *anthocephala*, coriaceo - molliuscula ferruginea, basi sublanata, apicibus albidis flabelliformibus umbellatis. *Bull. champ.*

p. 197. t. 451. f. 1.?, quae est Thel. *anthocephala* Swartz.

β. mollissima, subeffusa laciniata carnosa subtomentosa albida, inferne glabra fusco-purpurea. *Syn. fung. p. 572.*

Priorem varietatem in sylvis circa Parisios et alteram olim prope Gottingam, unica tamen vice, inveni, hinc incertus haereo, an fungi fuissent aut potius juveniles, ut conjicio. Cum Merismate foetido etiam multam habent affinitatem, sed superficies inferior laevis et hinc solummodo sporulifera est.

9. *fusco cinerea*, late effusa serpens, margine demum subreflexo tomentoso.

α. fusca, tota obscure fusca, basi plicata.

Auricularia Phyllacteres. *Bull. p. 286. t. 436. f. 2.*

Thelephora *umbrina*, terrestris lata effusa mollis umbrina, margine subtomentoso albicante. *Syn. fung. p. 578.* eadem videtur species.

Thelephora *crustacea*, subcarnosa effusa glomerata fusco-umbrina subtuberculosa, papillis minutis sparsis obscurioribus. *Schum. Saell. p. 396.*, quae in Daniae umbrosis ad terram crescit, non valde diversa est.

Hab. aestatis fine in sylvis plerumque ad basin arborum, aut truncorum, latitudine saepius ultra palmari serpendo sese extendit. Colore opaco, spadiceo, demum vero nigricat.

β. *murina*, late effusa grisea, margine subimbricato reflexo dilutiore. — *Bull. t. 436. f. 2.?* sed flavescens picta.

Thelephora *caesia*, suborbicularis terrestris laeviuscula caesio-cinerea. *Syn. fung. p. 579. Obs. Mycol. 1. p. 15.* forte junior adhuc fungus, aut ob regionem magis borealem, ubi lectus erat, minus evolutus.

Crescit promiscue cum α, a qua vix specie differt, colore quoque obscurior evadit. De singulari setularum aut sporularum, quae hac in specie magis distincta apparet, confer Librum meum, cui titulus: *Traité sur les champignons comestibles, etc. à Paris, 1718. p. 70.* et *Bull. Hist. des champ. p. 44. t. 2. f. 9. k.*

*** Epiberus. *Pileus* membranaceus, simplex. *Hymenium* laevissimum, epapillosum. (*Fungilli hujus generis (?) minuti et in muscis majoribus crescunt. Meruliis muscigenis affines, et plerumque albidi vel pallidi sunt*).

10. *vulgaris*, α. *candida*, gregaria minuta dimidiata candida. *Tab. VII. f. 5.*

Thelephora muscigena. *Syn. fung. p. 572. Decand. Flor. Gall. 2. p. 105.*

β. *albido-grisea*, pileo applanato subsericeo postice adnato albido-griseo, inferne subrufescente.

Hab. autumno et hyeme leni in *Hypnis*,

agmine saepius denso; *β.* sat vulgaris. Vix lin. 2 lata.

11. *lutescens*, gregaria concava lutescens, externe albicans.

Rarius eam in muscis inveni, aestate. Formam habet magis regularem, fere uti *Peziza*. Hymenium lutescens aut subochraceum.

**** STEREUM. *Pileus* coriaceo - suberosus. *Hymenium* tuberculis aut papillis distinctis, passim simul setulis gaudens. (*Species hujus sectionis verae Thelephorae sunt, et plerumque in truncis aut ramis aridis proveniunt.*

† *Pileo imbricato horizontali, aut effuso reflexo, margine libero.* (*Hymenio minus papilloso*).

12. *hirsuta*, imbricata, pileo substrigoso - hirsuto zonato pallido, inferne lutescente, fusco aut griseo. *Syn. fung. p. 570.*

Auricularia reflexa. *Bull. champ. p. 202. t. 483. f. 3. et 4. Sowerby fung. t. 27.*

Boletus auriformis. *Bolton fung. t. 82. f. a.*

β. Cellularia cyathiformis. *Flor. Dan. t. 1450. Sowerb. t. 91.*

γ. decipiens, effusa resupinata glaberrima laevigata aurantiaca. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 153.*

In hortis, sylvis et sepibus ad truncos, ramos aut palos omnium vulgaris.

More congenerum, aetate juniore resupinata oppressa et simplex, adulta uno latere re-

flectitur et horizontalis fit: lobis plus minusve numerosis imbricatis. Hymenium ejus laeve est et glabrum, sed colore mutabile nunc lacte flaveum aut subaurantiacum, nunc fuscescens aut cinerascens, plerumque vero pallidum. Var. β. pileo integro infundibuliformi rarissime occurrit.

13. *sericea*, tenerior effuso-imbricata albicante-grisea, pileo sericeo villo brevi adpresso, subtus pallescente-incarnato. — *Schrad. Spicileg. Flor. Germ.* p. 184.

Thelephora nitida. *Disp. meth. fung.* p. 30.

β. *sanguinolenta*, imbricata dimidiata effusaque ad tactum cruentata, pileo albido-pallente hirsuto, margine subundulato, hymenio glabro griseo-fuscescente. *Conspect. fung.* p. 274.

Hab. ad truncos et ramos Pineos et Abietinos.

Antecedenti nimis affinis videtur et tanquam ejus varietas in *Synopsi* habita; interea tenerior et magis delicata, nec non pallidior et nitore quodam instructa. Varietatem β., quoad specimina ab auctoribus mecum communicata, non ut speciem distinctum puto, et colore intensiore differt, sed caracterem ejus particularem adducere placet "cruore, ad tactum fungi et praesertim ad pressuram, emissi copia pro aeris conditione diversa, tempore enim pluvio-

so creber prodiens, digitum et aquam, cui immersus fuit fungus, tingit."

14. *ochroleuca*, imbricata effuso-reflexa zonata pubescens subtus ochracea. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 276.* (excluso synonymo Bulliardi).

Auricularia *pallida*, imbricata, pil. reniformi plicato hirsuto pallido, zonis subimpressis paullo obscurioribus, margine sublobato, hymenio ochraceo. *Schum. Saelland. 2. p. 398.* (Ex Fries).

In truncis Betulae et Fagi passim. Diversa a Thel. *hirsuta* praecipue colore hymenii ochraceo. Pubescentia etiam tenuis, nec strigosa. *Fr.*

15. *tabacina*, pileo imbricato tomentoso ferrugineo nitido, margine undulato crispo albicante, subtus glabro fulvo-livido.

Auricularia tabacina. *Sowerb. fung. t. 25.*

Auricularia *reflexa*, var. *variegata. Bull. champ. 1. p. 282. t. 483. f. 5.*

Satis frequens occurrit, sero autumno, ad truncos caesos quercinos. Species pulchra. Pileus subtenuis, coriaceus, zonatus, basi minus effusus, eleganter undulatus, margine ultimo, aetate praesertim juniore, albicante, subtus laevis et glaberrimus.

α. *chrysoloma*, imbricata tenuis, superne fusco-grisea, inferne ferruginea, margine repando aureo.

Helvella *nicotiana*, parasitica ferruginea tenuis flexuosa, margine lobato crispato nudo aureo, subtus venoso pallide ferrugineo. *Bolt. Fung. p. 174. t. 174.*

Hab. secundum Boltonium ad ramos et truncos Syringae vulgaris, supra quos serpit.

β. *pulchella*, parvula gregaria effuso-reflexa, pileo strigoso-hirto fuscescente, margine undulato albicante, subtus albido-livescente.

Eam his in regionibus inveni, hyeme leni (1817.) ad truncos caesos Juglandis *regiae*. Pilei lobi numerosi, verticales et inter se distant, 3 ad 4 lineas solummodo lati, non zonati, substantia tenues subcoriacei. Distincta forte species.

16. *variegata*, effuso-reflexa utrinque ferruginea, pileo tenui tomentoso fasciato, subtus setuloso.

Thelephora *variegata*, imbricata, supra sericea fasciata variegata, subtus pilosa ochracea. *Schrad. Spicil. Flor. German. p. 185.* β. striata.

Thelephora ferruginea. *Syn. fung. p. 569.* (exclus. Syn. Sowerbei).

Hab. in Germania ad truncos praesertim abietinos. Pileus unicolor, saltem meo in specimine, basi vero obscurior subspadiceus, et margine dilutius ferrugineus. Antecedenti tamen ita similis, ut setulis hymenii distingui

praecipue possit. — An forsan Helvella *nicotiana* Bolt. potius huc trahenda?

17. *rubiginosa*, imbricata zonata rubiginoso-spadicea subglabra rigida, subtus papillis majusculis setulisque interjectis. — *Syn. fung. p.* 567.

Thelephora ferruginea. *Decand. Syn. pl. Gall, p.* 21.

Auricularia ferruginea. *Bull. t.* 378. *Sowerb. t.* 26.

Stereum rubiginosum. *Fries Obs. Mycol.* 1. *p.* 155.

β. Stereum *corticiatum*, resupinatum effusum papillosum confluens concentrice zonatum. *Fries l. c.*

Nitida haec species, equidem non rara, nascitur in nemoribus ad latera veterum truncorum, muscis tectorum. Plures pilei, sat elongati, sed parum angusti, sibi invicem dense impositi; juniores subtomentosi aut velutini, margine laete ferrugineo; adulti denudati et demum obscure badii fiunt. Substantia hac in specie, prae ceteris rigida, hinc nomen *Ehrhartianum* Th. *fragilis* sat bonum.

Obs. Species *Sterei* ob setulas, quae potius *paraphyses* quam verae *thecae* videntur, a *Thelephoris* separatae, nullum in habitu prae se ferunt caracterem, quo primo obtutu distingui possint; et aliquae species ita sunt consi-

miles colore et forma, ut hoc modo nata inter se differant.

18. *purpurea*, imbricata coriaceo-tremellosa tomentosa pallida: fasciis depressis fuscis, subtus purpurascens. *Syn. fung. p. 571.*

Auricularia amethystea. *Bull. champ. t. 483. f. 1.*

Auricularia faginea. *Schum. Saell. p. 399.*

β. *lilacina*, subimbricata mollis a zona pallida, margine subtusque dilute purpurea.

Elvela lilacina. *Batsch Elench. fung. f. 131.*

γ. *orbicularis*, resupinata simplex orbicularis, carnea, zonis concentricis.

Cresc. sero praesertim autumno ad Populi *Tremulae*, Betulae *albae*, etiam Alni *vulgaris*, ubi magis effusa et coriacea apparet, truncos; β. ad quercus provenit, et γ. ad terram inveni particula lignea tamen adnatam. Pro diversis iis locis natalibus, colore plus minusve obscuriore variat. Hymenium laeve, in fungo exsiccato obscure fuscum; etiam cinereo-caerulescens *vorticosa*, imbricata *coriacea* zonata tomentosa vel strigoso-hirsuta, subtus purpurea. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 275.* †

Auricularia persistens. *Sowerb. t. 388. f. 1.* Auric. lilacina. *Schum. p. 398.* (ex Fries).

In Suecia ad truncos *Betulae*. Non nisi substantia ab antecedente distingui potest. An constans?

19. *hepatica*, pileo effuso - reflexo imbricato glabro azono utrinque fusco - purpureo. — *Fries l. c. p. 276.*

Auricularia laevis. *Sowerb. t. 388. f. 2.*

Hab. in Anglia. Magnitudine communi; sed pileo ubique glabro et unicolore facile dignoscenda.

20. *bicolor*, imbricata fasciata subglabra spadicea subtus albe. *Syn. fung. p. 568.*

Thelephora fusca. *Schrad. Spicil. p. 187.*

Rarius sese offert, tamen bene distincta, consistentia tenuis, subflaccida, unc. 1 - 2 alta et totidem fere lata. Pileus parum tomentosus, arcte imbricatus.

21. *crispa*, effuso - reflexa, pileo undulato zonis crispo spadiceo, subtus cinereo pubescente. *Syn. fung. l. c.*

In Hercynia ad Pini Abietis truncos olim inveni hanc speciem parum ambiguam, quae substantia dura sicca, forte vetustate, distinguitur. Pileus basi sat late effusus, fasciis approximatis quasi crispus, fere glaber, sed hymenium, sub lente observatum, subvillosum apparet.

†† *Pileo resupinato seu lato effuso, margine libero demum in nonnullis parum subreflexo.*

22. *abietina*, coriaceo - membranacea, e fusco - cinerea subpurpurascens, hymenio umbrina pubescente. *Syn. fung. p. 175.*

Stereum *abietinum*, resupinatum subliberum, superne fusco-purpurascens, inferne umbrinum. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 274.*

Hab. in Hercynia et Suecia ad ligna fabrefacta et ad truncos Pini *Abietis*, sed rare. Subtenuis, fragilis, 2-3 unc. latus, Hymenium subtomentosum quidem est, sed non setulis sparsis gaudet.

23. *Piceae*, resupinata inaequalis depressa glabra fusco-cinerea, papillis majusculis difformibus subrugosis.

In Vogesia ad ramos Pini *Piceae* invenit D. *Mougeot.*

Fungus junior suborbicularis, applanatus, margine parum pubescens; adultus irregularis, passim interruptus, margine liber, sed non reflexus, $\frac{1}{2}$-1 unc. latus; colore et cinereo subpurpurascens. Papillae sat copiosae, in fungo juniore majores, sed tunc parcae.

24. *Pini*, tenuis glabra, globuloso-squamulosa subnitida spadiceo-cinerea nigricans.

Thelephora Pini. *Schleicher et Decand. Flor. Gall. Supplem. vol. 6. p. 31.*

Crescit in Helvetia et Jurae montibus ad cortices Pini sylvestris, pluribus individuis aggregatis: singulum vix 3 lin. excedit, et papillae vix distinctae sunt. Ab antecedente omnino distinctus, sed an Thel. *abietina β. pinea* Albert. et Schwein. Conspect. p. 276. huc spec-

tet, in dubio est, cum auctores hymenium dicunt sordide album aut pallens.

25. *rufo-marginata*, majuscula suborbicularis tota glabra rugulosa cinerea, margine rufescente, papillis majusculis confertis laevibus.

Auricularia cinerea. *Sowerb. fung. t. 388. f. 3.*

Hab. in Anglia et in principatu Neocomensi, in Helvetia, ad ramos Tiliaceos.

Plantula satis pulchra, forma regulari distincta, unc. 1 fere lata, fusco-cinerea subnitida margine fuscescente. Substantia subrigida.

26. *quercina*, resupinata coriaceo-membranacea longitudinaliter effusa carnea, margine demum involuto subtusque umbrino. *Syn. fung. p. 573. Nees Syst. der Schwämme t. 34. f. 233.*

Thelephora corticalis. *Decand. Syn. pl. Gall. p. 21.*

Auricularia corticalis. *Bull. champ. 1. p. 285. t. 436. f. 1.*

Autumno vulgaris ad ramulos quercinos dejectas sed in prona parte seu quae terram respicat. Pileus ab initio totus depressus, sed demum margine involvitur. Humectatus subtremellosus et rugosus fit. Recens laete carneus, vetustus fere nigricat. Nonnunquam spithamam longa, sed pro ratione angusta quod a latitudine ramulorum dependet.

27. *Cerasi*, parva suborbicularis flaccida (inferne) tubtomentoso ferruginea, hymenio griseo-cervino setuloso.

Rarius provenit prope Nauchatel ad cortices Pruni Cerasi. Parvula, vix ½ unc. lata (quoad specimen a cl. *Chaillet* transmissum); sed bene distincta species est.

* *Pruni*, coriaceo-membranacea effusa, primo subaurantiaca, demum umbrino-ferruginea rugulosa, margine byssino pallidiore. *Schumach. Saelland.* 2. *p.* 396.

In ramulis dejectis subputridis Pruni *spinosae*, Decembr. Pil. 1-2 poll. latus. *Schum.* — An a priore diversa et an hujus subdivisionis sit, ignoro.

28. *juratensis*, magna crassa cervina nitida, pileo tomentoso spadiceo. †

Hab. autumno ad truncos Fagi *sylvaticae*, in summitate montis Jurae.

Obs. Specimen ab aestumatissimo D. *Chaillet* mecum communicatum, nondum satis evolutum erat, et verosimile sub maturitatem pileus reflexus est. Hoc hinc conjicio, quod hymenium, in specimine, fere absque papillis est, et fungi margo valde incrassatus coloreque dilutior est.

29. *Chailletii*, late effusa, tota glabra subcervina nitens, margine repando demum libero, papillis copiosis variis.

Species satis pulchra ad truncos *Taxi* nascitur prope Neuchatel. Subcrassa ferrugineo-nitida, 3 unc. longa, 1½ lata.

30. *corylea*, late effusa ochracea crassiuscula, inferne glabra subspadicea, margine breviter reflexo. *Obs. Mycol. 1. p. 35. Syn. fung. p. 569.*

Circa Gottingam ad truncos Coryli *Avellanae* observata. Hymenium dilute ochraceum, saepe rimosum, papillis sparsis minutis obsitum. Fungus ceterum 3 - 4 unc. latus, et ad dimidiam unciam margine demum inflectitur. An duae sequentes tantum subvarietates sunt?

31. *peltata*, latissima lutescente-ochracea subrugulosa, margine demum lacera, inferne umbrina subtomentosa striis radiata.

Crescit prope Dax, in Gallia. *Thore.*

Truncis peltae in formam, uti *Gyrophorae*, affixa, spithamam fere longa. Papillae vix ullae.

32. *rudis*, latissima subcrassa pallida ochracea, superficie inaequali rudi, inferne strigoso-tomentosa, papillis (?) difformibus variis.

Hab. prope Pontuy, in Gallia. Ramos obducit ad latitudinem palmarem, 2 lin. est crassa, dura et forma quadam ingrata, quasi bullata distinguitur.

33. *pachyderma*, latissima applanata laevis pruinosa badia, subtus subvelutina spadicea.

Hab. ad truncos quercinos? prope Neocomium. Latitudine palmari, subregularis, ad latus albentior, margine crassiusculo subinflexo. Inferne obscura.

34. *rugosa*, effuso-reflexa, pileo duro flexuoso, glabro sordide fusco, hymenio rugoso laeviusculo, cinereo-pallido. *Syn. fung. p. 569. Swartz in Nov. Act. Suec. an. 1811. p. 77.* †

Ad truncos praesertim quercinos crescit. Pilei solitarii, effusi, marginibus reflexis, undulatis. Substantia fuliginea, rigidissima. Hymenium vel laeve, vel rugosum, demum fissile, papillis raris majusculis. *Sw.*

35. *discoidea*, crassa glabra subdifformis albido-pallens concava, margine erecto undulato; inferne subsericea concolore. — *Decand. Flor. Gall. Supplem. p. 31. Moug. et Nees Stirpes cryptog. Fasc. 6.* †

Hab. in Germania, Gallia et Helvetia ad truncos quercuum. Forma huic speciei peculiaris, hinc facile dignoscenda. Unc. 1 lata subcrassa et duriuscula, extus pallide rufescens, disco quasi farinacea et laevis, sed demum saepius rimosa.

β. *compacta*, crassa dura tota glabra, pallide rufescens, disco depressa subfarinacea, margine undulato, subtus glabra nigricante.

Crescit ad truncos. Th. *discoideae* quo-

dammodo similis, sed multo crassior et durior et habitu minus grata, colore sordide fuliginosa, latitudine unciali.

36. *sinuans*, subrotunda inaequalis crassa, disco tuberculoso et inaequaliter impresso glabro pallida sublutescente rimoso, margine undulato-sinuato, subtus spadicea, fasciis approximatis transversim sulcato.

Nascitur praesertim ad trabes quercinas, ad pontes destinatas, quarum sinus investit. *Moug.*

Priori non valde dissimilis, attamen diversa. Unc. 1 fere lata, 3 - 4 lin. crassa, valde flexuosa, superne glabra, non farinacea; inferne pileus distinctus adest, qui plures fascias seu zonas habet, sed non reflectitur. Fungus maturus rimoso-partitus ut in Th. *frustulata* a quo vero forma et statu perfectiore distinguenda.

***** Corticium. Resupinatum effusum, margine totum adnatum, nec liberum. *Papillae* plerumque perspicuae. (Colore, plerumque dilutiore, varium).

† *Colore incarnato, rufescente aut alutaceo.*

37. *alutacea*, late effusa suborbicularis, disco rugosa alutaceo-carnea, margine latiusculo laevi albido.

Late investit ipsos arborum cortices, locis humidis jacentes, margine quidem mollis est, sed

sed non byssoidea et papillis destituta, quae discum occupant et majusculae sunt, forma variae, alutaceo-pallidae.

β. *zeolitica*, late effusa (humida) carneo-fuscescens tota glabra, papillis congestis majusculis subglobosis.

Passim occurrit hyeme ad sepimenta lignea. Spithamam longa, 2 unc. lata, margine tenuis, subpellucida, substantia coriaceo-tremellosa.

γ. *gilva*, tota fere glabra carneo-livida, papillis variis submarginalibus.

Sero autumno et hyemi leni ad truncos putrescentes nascitur. Longitudine antecedentis. Superficies ejus hinc inde laevis, hinc versus marginem papillae sparsae sitae sunt.

38. *concentrica*, effusa crassiuscula alutacea, margine subalbescente, papillis majusculis subhemisphaericis concentricis. *Alb. et Schwein. Consp. fung. p. 279.*

Ad sepes pineas se propagat, autumno et vere. Ultra spithamam saepe longa, 3-4 unc. lata; dum viget humida est laevis et alutacea, exsiccata vero aut senilis subrufescit et dura rimosaque evadit; papillis tunc collapsis et evanidis. *Consp.*

39. *amphibolia*, effusa tenuis fuscescens subalutacea, papillis sparsis majusculis. *Fries Obs. Mycol. I. p. 151.*

In hymenio Boleti suberosi tantum, in Suecia, inventa. Brevis, inodora et arcte adnata, pallescens. *Fries.*

40. *odorata*, suaveolens suberosa membranacea glabra laeviuscula confluens pallida.

Ad truncos abiegnos destructos. Glaberrima tota, crassiuscula ex albido alutacea vel subrufescens, confluens 4-5 unc. tunc lata, papillis rarissimis. Odor fere Boleti odorati, cum quo affinitatem habet. *Fr.*

41. *radiosa*, effusa confluens laevis glabra alutaceo-pallida, margine albo fimbriata. *Fries l. c. 2. p. 277.*

Ad ligna dejecta faginea, quibus arcte adnata; confluens 2-3 unc. lata. Papillae nullae. *Fr.*

42. *laevis*, ex albido carneo pallens sublongitudinaliter effusa laevis, margine byssino. *Syn. fung. l. c.*

Hab. praecipue ad ramos populneos. Satis longa, et aliquando tuberculosa: papillis subglobosis, verum plerumque superficie unita est.

43. *incarnata*, coriacea subcrassa laevis incarnata situ longitudinali, margine subbyssino. *Syn. fung. p. 573.*

Non equidem communis ad ramos reperitur. Papillae vix distinctae et parvae. Margo etiam glaber.

β? *Corium*, magna crassiuscula carneo-pallida, margine sublibero, papillis obsoletis. — *Syn. fung. p. 574* †

Specimen hujus varietatis aut speciei mihi non magis ad manus est, ut certi quid de ea adferri possim.

44. *rosea*, dilatata subcorrugata tenuis rosea, margine tomentosa. *Syn. fung. p. 575.*

Eligit pulchella haec species, truncos aut assulas praesertim Betulae *albae*, passim quoque Populi *Tremulae*. Fere epapillosa est. Magis lata, quam longa. Satis nitida species.

45. *maculaeformis*, adpressa pallide rosea, junior subrotunda, pseudopapilla unica, mox confluens, margine glaberrimo. *Fries Obs. Mycol. I. p. 150.* †

Ad cortices in Suecia. Pileus crustaeformis, tenuissimus, membranaceus, dilute roseus, suborbicularis, vix lin. latus, sed mox confluens et difformis. *Fries* (Fungus videtur junior).

46. *fallax*, glabra arcte adnata laevis, ex alutaceo subincarnata, pseudopapillis majusculis angulatis. *Syn. fung. p. 574.*

Provenit in ramis minoribus, praecipue quercinis.

Obs. Nonnunquam *veras* papillas proferre videtur, quae tunc nimis regulares sibique

consimiles, ita ut a nodulis ramorum non ortae videantur.

47. *salicina*, late effusa subcarnosa mollis, primo albida, dein incarnata, superficie bullato-tuberculata pruinosa.

Autumno passim in salicibus cavis putrescentibus, prope Parisios lecta. Longitudine fere palmari, satis crassa, interrupta tuberculosa, ut in *Malachite;* exsiccata, ob substantiam molliorem, fuscescit et diminuitur.

48. *polygonia*, incarnata glabra opaca, papillis majusculis variis: subrotundis, angulatis et disco excavato-depressis. — *Syn. fung. l. c.*

Hab. satis rara et minus cognita species ad ramos *Populi Tremulae*, in Germania et Helvetia.

Juniores suborbiculares et papilla unica instructae, margine subbyssinae, dein plures in crustam uniformam confluunt. Exsiccata quasi pruinosa est, sed non rimulosa.

Obs. Thelephora *polygonia* in *Conspectu fungorum Lusat. superioris* p. 276. enumerata longe alius fungus videtur ob "marginem demum undique revolutum, duriusculum, subtus nigricantem."

49. *castaneae*, unicolor incarnata tota glabra expallens sicca demum rimosa, papillis sat copiosis regularibus.

Hab. ad sepes in cortice ramorum *Castaneae vescae.*

Junior orbicularis, margine subradiato arcte adpressa. Rimae, exsiccatione ortae, praesertim circa papillas, lirellas imitantur. Affinitate quadam gaudere videtur cum Th. *quercina*, sed tenuis est, et cum cortice ubique arcte adnata, nec margine demum revoluta, etiam irregulariter effusa.

50. *dichroa*, longitudinaliter effusa tota glabra tenuis albido-cinerea subnitida, papillis sparsis rugosis subdifformibus rufo-carneis.

In ramis junioribus *Hippocastani?*

Primo intuitu Th. *polygoniae* similis, sed colore et substantia nec non forma papillarum ab illa differt. Margo regularis, in junioribus orbicularis, nam plura individua demum in crustam elongatam confluunt. In statu vetusto etiam fissuris sat magnis distinguitur.

†† *Colore pallido, ochraceo, flavescente et subaurantiaco.*

51. *fissilis*, longitudinaliter effusa, sordide alutacea, demum in particulas basi cohaerentes fissa, papillis copiosis magnis subaequalibus. †

Provenit parum dubia haec species, ob affinitatem cum Thel. *laevi* et Thel. *incarnata*, in corticibus *Tiliae* et *Carpini*, sed minus frequens. Crassiuscula est et carnosa, superficie

in particulas plus minusve multas, formaque varias fissa. Margo vix byssinus.

52. *agglutinata*, tenuis latissima glaberrima unita sordide rufescens fuscescensque subnitida pseudopapillis variis rugulosa.

Hab. rarius in ipsa epidermide truncorum quercuum, iisque ita adnata, ac si agglutinata esset, latitudine palmari. Papillae *verae* non adesse videntur.

53. *corrugata*, effusa arctissima adnata tenuis rimosissimo - corrugata lurida, papillis nullis. *Fries Obs. Mycol. I. p. 154.*

In ligno decorticato in Suecia. Irregulariter effusa, glabra, 2 - 3 unc. lata. *Fr.*

54. *frustulata*, tota glabra laevis applanata durissima rimoso - partita: particulis sejunctis basi nigricantibus. *Syn. fung. p. 577. Decand. Flor. Gall. Suppl. p.* .

Hab. ad ipsa ligna sicca; vix unc. 1 magna, sed subcrassa, demum in partes subaequales dilabitur.

β. *tessulata*, crassissima, tessulata cinnamomea, pulvere concolore obtecta. *Fries Obs. Mycol. I. p. 153.*

In Suecia, ad lignum dejectum. An species propria?

55. *Porioides*, parvula sublinearis, rimoso - porosa sordide pallida subvirescens. †

Passim ad cortices nascitur. *Chaillet.*

Longitudinaliter effusa, et in areolas numerosas subforaminulosas demum undique fissa. Color obscurus et fungus denuo observandus.

56. *mucida*, late effusa tenuissima undique glabra et incrustans expallida, papillis minutis sparsis.

In truncis caesis cariosis, quorum fissuras arcte investit. Papillae minutae lignis ortum suum forte debent, nam non ubique in superficie fungi adsunt. Color pallescente-subincarnatus, languidus.

57. *sebacea*, late et subaequale effusa incrustans laevis submollis pallida rufescens, papillis nullis. *Syn. fung. p. 577.*

Thelephora incrustans. *Obs. Mycol. I. p. 39. Syn. fung. l. c.*

Hab. aestatis fine post pluvias ad terram, supra gramina, folia sicca etc. Sebi ad instar effusa tunc pallida, tandem subrufa. Primo albida, margine hinc illinc laciniata.

Obs. Haec et sequens species formam quidem habent Thelephorarum, sed crescendi modo et natura ad *Merismata* accedunt. Th. *incrustans* fungum adultum sistit.

58. *ericetorum*, compacta incrustans fulvo-grisea pulverulenta subtenuis. †

Semel eam inveni ad radices exsiccatas Ericae *cinereae*, commixta cum terra nigra ericacea (*terre de Bruyères*). Non equidem late est effusa. Color chrysophaeus.

59. *epidermea*, tenuis late effusa glabra prima alba dein pallescens, margine subbyssino, papillis (?) sparsis subangulatis.

β? *helvola*. Hypochnus *helvolus;* effusus tenuis; junior lacteus byssinus dein subglabratus helvolus, margine fimbriato. *Fries Obs. Mycol.* 2. p. 281.

In truncis dejectis Betulae. Margo latus albus. Papillae plane nullae. *Fr.*

Sero autumno in sylvis ad corticem nudum ramorum quercuum; nec non Betulae *albae* observatur, 3-4 unc. magna.

60. *confluens*, subrotunda arcte adnata laevissima contigua glabra (alba aut laetissime flava), margine glabro adnato. *Fries l. c. p.* 152. †

Crescit in Suecia ad ramos betulinos. Vix uncialis, orbicularis, ramis arctissime adhaeret.

61. *citrina*, parce effusa laete flava ubique glabra laevis, papillis sparsis minutis.

Inventa prope Neuchatel ad truncos abietinos. Ob colorem citrinum pulchra species. In superficie (fungi transmissi) etiam tubercula majuscula sparsa observantur, sed hoc, uti vi

detur, ab subjacente ligno ejusque asperitatibus dependet; papillae verae parce adsunt et sat parvae.

62. *ochracea*, effusa latissima subtenuis ochracea, papillis sparsis irregularibus majusculis. *Fries l. c. p. 151.*

In ligno abiegno putrido. Latitudine et longitudine pedali. Margo nunc glaber, nunc villosus. Papillae ab asperitatibus ligni ortae videntur. *Fr.* — Thel. *coryleae* affinis?

63. *decorticans*, oblonga laevissima tenuis glabra subcorticalis arcte adnata lutescens, demum fuscescens opaca.

Thelephora carnosa. *Ehrenb. Sylv. Mycol. p. 30.*

Thelephora *comedens*, e cortice erumpens, irregularis subcoriacea, lutescente - carnea, in ambitu albo-floccosa (?), hymenio laevi. *Nees System, 2. p. 65. t. 34. f. 255.* (icon. non adaequat).

Ubique fere ad ramulos exsiccatos quercinos, quorum cortices sejungit et destruit. Ultra spithamam nonnunquam longa, sed ob matricem vix uncia lata; et ita tenuis, laevis et concolor, ut ab ipso ligno oculo fugitivo, distingui nequeat. Omnium minus carnosa est.

64. *Hydnoidea*, glaberrima decorticans flavo-aurantiaca, papillis sparsis elongatis subuli-

formibus. *Syn. fung. p. 576. Decand. Flor. Gall. vol. 2. p. 34.*

Nascitur quoque sub epidermide, dein soluta, ramorum Quercuum et Fagorum, autumno sat vulgaris.

Obs. Papillae praesertim quae in medio sitae sunt, elongantur, forsitan ut epidermidem depellant, et dentes *Sistotrematum* omnino referunt, verum eae quae magis marginem fungi occupant, forma sunt papillosa, ceterum inter se distant, nec situ determinata neque numerosae, ut in *subulis Hydnorum* hoc obtinet.

65. *aurantia*, elongata nuda glabra aut margine subbyssina, aurantiaca, papillis rarioribus. — *Syn. fung. p. 576.*

β. rimosa, elongata angusta aurantio - carnea, transversim rimosa.

Hab. ad ligna et ramulos decorticatos, praesertim hyeme, *β.* in horto botanico Parisiensi ad sepes. Caute distinguenda a Thel. *carnea.*

Nunc unc. 1 fere lata, nunc vix 3 lin. lata, etiam ubique glabra, aut margine subtomentoso distinguitur; etiam crassitudine variat. Color demum expallescit et tunc Th. *incarnatae* similis evadit haec species.

**** Colore lateritio, croceo, cruento.*

66. *bolaris*, submagna orbicularis confluens cro-

ceo-lateritia (?), margine fibroso-sericea, papillis nullis?

Auricularia aurantiaca. *Sowerby Fung. 3. t. 291.*

Hab. in Anglia supra truncorum epidermidem.

Species elegans, formaque regulari distincta. Color quem autor aurantiacum pronunciat, secundum iconem potius lateritia aut bolaris apparet, nec flavedine tinctus.

67. *lateritia*, erumpens interrupte effusa, subconfluens dilute lateritia, papillis? densis rugosa. *Chaillet.*

Vere ad cortices quercinos, sub quibus se propagat, dein transversim erumpit, superficie costata, colore lateritio-alutacea. Habitu a ceteris speciebus differt hic fungus, nondum uti videtur plane adultus.

68. *crocea*, tenuis fragilis tota crocea. *Gmel. Syst. Nat. Lin. 2. p. 1441. no. 18. Schrad. Spicil. Flor. Germ. 138.* (Exclusis synonymis). †

Hab. in fissuris quercuum annosarum, aut ad Fagos emortuas. *Schrad.*

Obs. Specimen olim ab auctore datum a Xylostromate *giganteo* Tod. differt, nam substantia est crassum, compacto-pulveraceum, forte vetustate, ut vix hujus generis videatur.

69. *leproides*, indurata cohaerens opaca fusco-lateritia subaspera. †

Ad cortices exsiccatos, unica vice a me reperta. Primo intuitu, Leprarium aut Isidium refert, sed substantia, quamvis compacta, est coriacea et margine substriata. Forma irregulari, latitudine fere biunciali.

70. *cruenta* suborbicularis crassiuscula coriacea glabra rugoso-tuberculata sanguineo-rubra. *Syn. fung. p. 575. Decand. Synops. plant. Gall. p. 21. Mougeot et Nest. Stirp. cryptog. Vogeso-Rhenanae, no. 581.*

Hab. in subalpinis ad cortices Pini *Piceae;* aut ad ramos emortuos Salicis *Capreae* (Alb. et Schwein.)

β. roseo-rubra. *Conspect. fung. p. 277.*

Crescit ad ligna ramosque putridos.

"Var. *α.* orbicularis est, circumscripta, mediocris, vix uncialis, utrinque glabra, pulcherrime sanguinea, papillis instructa satis magnis subangulatis; tempore pluvioso, molliuscula, quasi ceracea adpressa, — sicco, firmula, subfragilis, semilibera: margine introflexo. — Var. *β.* ad 2-3 unc. effusa, laevis, subpruinata, constanter appressa, membranaceo-coriacea; *hymenium* dilutius roseum; papillae saturatiores cruentae, congestae, subhemisphaericae." *Albertini et Schweinitz. Conspect. p. 278.*

71. *puniceа*, subrotunda oblongaque tomentosa (pubera) subpulverulenta sordide punicea, demum brunescens. *Conspectus fung. p. 278.*

Prov. ad cortices fagineos et abietinos in Germania. Etiam in monte *Jura.* (Chaillet.)

" Colore ludit cinnabarino, sublateritio. Margine appressa vel subreflexa, subtus item tomentosa, colore terreo distincta. Papillae minutae, granulaeformes." *Alb. et Schw.*

Obc. Antecedenti ita similis, ut pubescentia tenui, sub lente conspicienda, ab illa distingui solummodo possit.

†††† *Colore ferrugineo, aut ferrugineo-grisea, flavo-fusco, fusco-purpurascente aut badio.*

72. *ferruginea*, suborbicularis ubique tomentosa, medio pulveraceo-papillosa. *Syn. fung. p. 578. Obs. Mycol. 2. p. 18.*

Thelephora Persoonii. *Decand. Flor. Gall. 2. p. 107.*

Hab. in fissuris truncorum aut sub cortice ramorum. Late effusa, 3 unc. fere magna. Colore et substantia villosa, uti et forma Hydno *ferrugineo* simillima.

73. *cinnamomea*, late effusa tomentosa subcompacta, superficie piloso-setacea.

Prope Neuchatel inventa est haec species ad ligna quercina. In se conjungit caracte-

res genericos *Racodii*. *Herei* et *Hypochni* Fries *).

74. *aurea*, late effusa tomentosa aureo-fulva, superne granulis subvillosis vestita.

Hypochnus aureus. *Fries Obs. Mycol.* 2. *p*. 280. *t*. 6. *f*. 4. *Micheli Nov. Gen. p*. 124.

Hab. in Italia et Suecia in cortice dejecto *Betulae*, cui arcte adnata. Subtus glabra, laevis et subfusca. *Isabellina*, late effusa tomentosa isabellina (gilva aut rutilans), pseudopapillis regularibus. *Fries*, *l. c.*

Cresc. in cortice dejecto Fagi *sylvaticae*. Oriuntur papillae sparsae ex nodulis corticis aut sphaerulis. *Fr.*

75. *Padi*, griseo-ferruginea subfarinacea, pilis brevissimis obsita, fere epapillata, plicis oblongis subanastomosantibus.

In Vogesia ad ramos exsiccatos Pruni *Padi*. Substantia sicca, tenuis, non tomentosa. Color subcervinus, opacus. An plicae constantes et huic fungo naturales?

76. *fusco-purpurea*, tenuis glabra subcompacta purpurascente-fusca, undique setulis obsita.

---

*) **Hypochnus.** **Pileus pagina superiore adnatus, et in nonnullis exoticis reflexus horizontalis, submembranaceus, totus fere tomento contextus, vel pulvere in globulos villosiusculos compositus.** ***Fries Obs. Mycol.* 2. *p*. 278.**

Rarissime ad ligna exsiccata crescit, longitudinaliter effusa, 1½ unc. magna, tenuissima, vix supra lignum eminet.

77. *laxa*, orbicularis parva subconfluens mollis, subtus villosa alba, disco laevissima fusco - carnea.

Hab. in summitatibus montium Vogesiorum.

Subtenuis, vix 3 lin. lata, flaccida, subrimosa. Forte nondum bene evoluta. Affinitatem habere videtur cum Peziza *amorpha.*

78. *olivacea*, pulverulento - tomentosa olivacea, margine fimbriato albido. *Fries l. c. p. 282.* sub Hypochno.

In lignis abiegnis indeterminate effusa.

Obs. An cum tribus sequentibus *Coniophorae* species?

79. *marginata*, orbicularis subeffusa pruinato - tomentosa ex aurantio vel subrubente cinerascens, papillis majusculis crassis coacervatis, margine reticulato intricato discolore olivaceo. *Conspect. fung. p. 281. et 284.*

"Corticium elegans, fere biunciale, medio crassum, carnosum succulentum, margine siccum fibrosum; fibrae crassiusculae, ramosae, olivaceae, in reticulum inaequale intricatae. Species rarissima, in cellis, lignis pineis putrescentibus increscens, inventa."

80. *puteana*, suborbicularis carnoso-gelatinosa olivascens, papillis ovalibus obscurioribus, maculisque umbrinis ex punctis elevatis, margine tenuissimo byssino. *Schum. Saell. 2. p. 397.*

In puteo quodam ad asseres reperta. Quinque pollices lata, olivaceo-virens, margine candidas, interne fusco-ochracea. — Affinitatem gaudere videtur cum Comophora *foetida.*

81. *Betulae*, membranacea rugoso-tuberculosa umbrino-badia, flavo-umbrino maculata, margine flexuoso luteo, papillis inaequalibus e fuligineo subnigricantibus. *Schum. Flor. Saell. 2. p. 396.*

In cortice *Betulae albae*, in Dania. Octobr. et Novembr. Duas uncias fere lata.

82. *chalybea*, tomentosa chalibea subcinerascens, papillis congestis pulverulentis. *Syn. fung. p. 579.*

Ad truncos provenit rarius, ubi ad 3-4 unc. effusa, textura ut in Thel. *ferruginea.*

Obs. Species sub hoc nomine in *Conspect. fung. Lusat. p. 281.* descripta, differt: "margine passim albido, etiam amare dicitur, vel ligna pinea fabrefacta *cellaria* tempore hyemali, vel ligna rudia sylvatica, aestate."

83. *bufonia*, subtomentosa e cinereo brunnea subpulverulenta, papillis congestis majusculis. *Syn. fung. p. 578.*

Se-

Semel tantum inventa, unc. 1. fere magna, suborbicularis, intus tomentosa.

84. *pusilla*, orbicularis parvula tomentosa obscure spadicea, demum confluens, papillis parcis (saepe unica) magnis solidis (non pulveraceis). †

Ad ramos siccos, in Helvetia, rarius, 3-4 lin. tantum lata. Subiculum totum tomentosum, margine (sub lente) parum fimbriatum. Papillae pro magnitudine fungi (forsan adhuc junioris) magnae, glabrae.

85. *monothelia*, subrufo-grisea glabra subfarinacea interrupta, papilla unica magna globosa aequali. †

Ad truncos rarissime. Fungus nondum evolutus videtur. Ad minores pertinet.

86. *fraxinea*, inaequaliter effusa fusco-cinerascens subtomentosa, sed compacta, papillis angulatis.

Thelephora cinerea. β. interrupta. *Syn. fung.*

Hab. rarius ad ramos exsiccatos *Fraxini excelsioris.* Subiculum interrupte effusum, cortici arcte adpressum, unciale, colore cinereo-spadiceum. Papillae subumbilicatae.

***** *Colore nigrescente.*

87. *fuliginosa*, magna coriacea fuliginosa seu nigrescente-spadicea, setulis densis obsita.

Hab. in Gallia ad ligna cariosa, mollia.

E longinquo Dematium *herbarum* quodammodo similis, sed revera hujus generis, ex membrana contigua coriacea est, licet subtenuis, et setulis copiosis, uti hoc in multis Thelephoris locum habet, instructum, papillis distinctis vero destituta. Ad 3-4 uncias effusa, $1\frac{1}{2}$ unc. lata.

88. *pithya*, nigricans interrupte effusa tota appressa glabra tenuis, demum rimosa, papillis subconfluentibus.

Hab. in Helvetia ad ligna fabrefacta Pini *sylvestris?* Crustam sistit late diffusam atram, subnitidam, matrici toti adnatam.

* *faginea*, glabra nigrescens, siccitate cinerea. *Schrad. Spicileg. Flor. germ.* p. 186. Thelephora nigrescens.

Ad ramos dejectos et cortice destitutos Fagi sylvaticae, in Germania inventa. Membrana est tenuissima appressa, per aetatem in areolas polygonias dehiscens. *Schrad.*

89. *obscura*, tenuis irregularis subglebulosa nigro-fusca, papillis nullis. †

Supra ipsam epidermidem corticis arborum emortuarum, *Betulae* etc. inventa a D. *Chaillet*. Leprariam fuliginosam non male refert. Interrupte effusa, rimoso-glebulosa, opaca, glabra.

****** *Colore caeruleo, caesio, cinereo vel griseo.*

90. *caerulea*, longitudinaliter effusa subtomentosa amoene caerulea, margine demum sublibero, papillis parvis subacutis.

Thelephora caerulea. *Decand. Flor. Gall. 2. p. 107.* Th. fimbriata. *Roth. Catal. bot.* Auricularia phosphorea. *Sowerb. t. 383.*

Hab. pulchra haec species, hyemi leni, ad ligna et sepimenta subputrida, supra quae ad longitudinem spithamaeam serpit.

Rarius bene explicata et nonnunquam ut cespitulum villosum (an tunc Byssus phosphorea Lin.?) sese offert; perfecte vero evolutus expansus et margine, qui albicat, ad 2-3 lin. inflectitur, ubique vero tomento tenui obtecta, colore caesio-cinerea opaca, exsiccata rimosa et in aetate ulteriore grisea, subfuliginea evadit; hinc opinor sequentem fungum non specie distinctum.

* *fumosa*, effuso-difformis caeruleo-cinerea, villosa. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 279.*

Cresc. supra folia dejecta *Betulae* in Sueciae sylvis montosis.

91. *Tiliae*, sublate effusa grisea, margine subtomentoso adpresso, papillis inaequalibus.

Hab. in Vogesia ad Tiliae ramos putrescentes. Forma est regularis, laevis, 2 unc. lata, fuscescenscinetia, junior magis cinerea.

92. *cinerea*, lata adnata glabra cinerea, papillis parvis. *Syn. fung. p. 579. Conspect. fung. p. 282.*

Provenit plerumque ad ramos cortice denutatos, quos fere totus ambit, laevis, margine glaber.

93. *Lycii*, suborbicularis crassiuscula confluens glabra, subnitida, papillis minutis subcongestis.

Ad ramos exsiccatos Lycii Barbari. Singulum individuum ½ unc. latum, crassiusculum, subrugosum, margine subrepandum, albido-cinerascens, subpulverulenta, intus fuscescens.

94. *glebulosa*, glebuloso-partita glabra subparva cinereo-nitida: detrita intus fuscescens.

β. virgata, parallelo-lineata conferta pulverulenta caesio-cinerea, papillis majusculis.

In hortis ad sepes oritur. Ab antecedente distinctam puto. Formam habet valde inconstantem: nunc enim linearis est et continua, nunc glebulosa, subrotunda (junior), applanata, interrupta aut confluens, demum rimosa, margine exciso.

95. *livida*, tota glabra subviscosa e caesio rufescens, papillis variis, nonnullis dilutioribus. *Obs. Mycol. 1. p. 38.* sub Corticio.

Th. *livida* latissime effusa glaberrima subhumida livida caerulescensque, papillis sparsis irregularibus. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 276.*

β. *viscosa*, late effusa subgelatinosa viscosa dilute caesia, papillis majusculis sparsis. *Syn. fung. p. 580.*

Hab. sero autumno ad truncos et ligna putrida, quibus arcte adnata, margine glabro; exsiccata praesertim β. valde diminuitur et sordide fuscescit.

96. *viscosa*, late effusa gelatinosa subgyrosa tuberculosa caesio-cinerea, margine byssino albido, papillis minutis concoloribus. *Schumm. Saell. 2. p. 397.*

In trunco subputrido Ulmi *campestris* in Dania ab auctore observata, 3-6 unc. lata.

97. *grisea*, late effusa tota glabra mollis membrasebacea (albido-caesia).

Reperi hunc fungum in Frigidario quodam ad ligna pinea fabrefacta subhumido crescentem. Spithamam longa, 2 unc. fere lata, 1 lin. crassa, coriaceo-tremellosa, sparse tuberculosa, quoad colorem sebo liquefacto similis, exsiccata vero sublutescit.

98. *cyclothelis*, magna membranacea, sicca rigida, undulato-rugosa cinerea, papillis regularibus orbiculatis aut hemisphaericis obscurioribus.

Obs. Singularem hanc speciem, generis forsitan proprii ad juglandes observata a cl. *Chaillet.* — Gyrophoram quamdam refert. Papillae subimmersae.

****** *Colore toto albo.*

99. *pergamenea*, magna membranacea subrigida laevissima glabra albido-pallens; recens glauca.

Hab. ad truncos pineos in Vogesia et Helvetia. Spithamam sublonga, 2 unc. lata. Substantia tenuis subpergamenea praecipue exsiccando. Papillae rarissimae. Margo liber, subinvolutus.

100. *gigantea*, maxima difformis sublibera glabra lactea. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 152.*

Supra Pini *sylvestris* corticem in Suecia. Species dicit hic auctor, maxime singularis et alii forte generis. Membrana est 6 - 9 unc. longa et lata, valde difformis, truncis leviter adhaerens, contigua, flexilis, undulata, sine papillarum vestigio.

101. *cretacea*, lata submollis alba simularis, margine byssino, papillis confertis parvis rugulosa.

In frigidariis ad tabulas abietinas saepius humectatas; durante hyeme, gignitur. Saepe late effusa, subtenuis. Color in fungo recenti lacteus, in exsiccato pallidus. Margo byssinus brevis.

102. *leucocoma*, glabra laevissima albido-pallens, margine angusto, fusco-nigro.

Ad ramos Castaneae *vescae* sepibus inservientes in Horto botanico Parisiensi inveni sat pulchram hanc speciem, margine nigricante subsinuatum facile distinguendam. 3 unc. longa.

103. *lactea*, suborbicularis ex albido livida, medio subcarnosa: margine byssino. *Syn. fung. p. 581.*

Ad cortices Pini Abietis nascitur. Papillis vix ullis distincta.

104. *sera*, nivea effusa pruinato-subtomentosa tuberculosa mollis. *Syn. fung. p. 580. Consp. fung. p. 283.*

Occupat ligna putrescentia in sylvaticis udis, 2 unc. fere lata et longa. Octob. — Novembr.

105. *cariosa*, tenuis laevis alba, margine lato tomentoso.

Eam in interiore Salicis *albae* (excavatae) observavi, ligno carioso ubique adhaerentem; 2 unc. magna est. Ab initio nivea, dein medio pallescit.

β? *exigua*, candida parva in particulas divisa margine villoso, disco glabro pulverulento. †

Sero autumno ad truncos putrescentes passim occurrit. Singula particula 2-3 lin. lata, irregularis.

106. *Sambuci*, candida rugulosa pruinosa, margine glabra, papillis obsoletis. *Disp. Meth. fung. p. 31.*

Thelephora calcea var. γ. *Syn. fung. p. 581.*

Thelephora cretacea. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 153.*

Frequens aestate et autumno post pluvias ad truncos cariosos Sambuci *nigrae.* Pulverulenta, subinquinans (var. Samb. *racemosae* et glaberrima, unita), saepe rugoso-tuberculosa, sed non equidem papillas profert; interea non ut initium alterius fungi consideranda.

107. *acerina*, gregaria parvula subtenuis inaequalis glabra albido-caesio, papillis distinctis nullis. *Syn. fung. p.* 581. *Obs. Mycol. 2. p. 37.*

Communis ad truncos Aceris *Platanoidis* et *campestris.* Subnitida, argentea demum confluens.

---

108. *dryina*, crustaceo-membranacea rugulosa albido-pallens subpulverulenta.

Th. acerina. β. quercina. *Syn. fung. p. 182.*

Hab. ad cortices vetustos quercuum, quorum fissuras investit, forma hinc irregularis. Papillae distinctae nullae adsunt. Majorem affinitatem cum Th. *Sambuci* habet, sed multo tenuior est, nec ita pruinosa et farina detergibili obtecta.

109. *calcea*, gregaria parvula inaequalis confluens glabra albido-fuscescens laevis. *Syn. fung. l. c.* †

Ad ligna dura exsiccata rarius crescit, ultra 2 unc. longa, ½ unc. lata, compacta.

110. *aspera*, globulosa candida, setulis divergentibus subrigidis aspera. *Tab. VI. fig. 5.*

Semel sese mihi obtulit hic fungus generis dubii, nam non vera *Thelephora* videtur, nec bene ad *Hydna* referri potest. Aliud et curatius requirit examen, et hunc in finem icon est addita.

XLVI. Coniophora. Resupinata, carnoso-membranacea, mollis, rugoso-tuberculosa, pulvere manifesto obtecta.

1. *membranacea*, latissima subtenuis membranacea zonata, margine byssino pallido, disco badio. — *Decand. Flor. Gall. 6. p. 34.*

β. *leioplaca*, suborbicularis laevissima pallide fuscescens zonata: zonis concentricis pulveraceis.

Auricularia pulverulenta. *Sow. t. 214.*

Crescit passim in vaporariis ad ligna, vel in locis humidis ad trabes putrescentes; β. ad parietes humori expositos, toto fere anno, sed magis sero autumno.

Latitudine nonnunquam insigni, et e matrice facile evellenda. Superficie tuberculis difformibus magnis saepe notata, et sporulis globosis spadiceis obtecta, quae in β. magis in zonis coacervatae sunt; sed nullis venis, nec plicis distincta est haec species, quo differt a Merulio *destruente*, cum quo naturam participat septicam.

2. *foetida*, carnoso-tremellosa rugulosa fusca albo-pruinosa: zonis dilutioribus, margine lato albido, verrucis inaequalibus magnis.

Thelephora foetida. *Ehrenb. Sylv. Mycol. p. 18. et 30.*

Hyeme, prope Berolinum, in asseribus cloacam tegentibus inventa; late effusa, margine appressa. Sporidia minima, oblonga. *Ehr.*

3. *cuticularis*, subparva tenuis azona albido-pallida, margine byssino fibrilloso, pulvere fusco-olivaceo. †

Ad ligna exsiccata pinea sub ponte quodam inventa. Vix (in specimine a D. *Chaillet* transmisso) 2-3. unc. lata, ligno arcte

adhaeret; aetate juniore laevis glaberrima, dein pulvere subcompacto obscura obducta.

4. *cerebella*, undulato-gyrosa primo albicans mollis pulvere rubiginoso. *Syn. fung. p. 580.* sub. Thelephora.

Hab. in Germania et Gallia in cellis ad ligna. Substantia et superficie inaequali a prioribus valde differt, hujus tamen generis est.

Obs. Nonnullae *Thelephorae*, praesertim eae quae sub nn. 78-80. et 104. enumeratae sunt, et a me ipso nondum visae, hujus quoque generis esse, videntur.

XLVII. Merisma. Coriaceum digitato- aut foliaceo-divisum ubique fructificans, laeve, apicibus utplurimum villosum. (Forma utplurimum *clavariae* ramosae).

* *Decumbentia, aut adscendentia, subdifformia.*

1. *fastidiosum*, candidum late incrustans foetidum e ramis laminosis constans. *Syn. fung. p. 582. Hall. Stirp. Helv. ed. 2. no. 2251.*

In Germania et Helvetia in umbrosis ad terram magno saepe strato et cum vicinis corporibus concrescit, praesertim post pluvias autumnales.

2. *vermiculare*, decumbens albicans ramosissimum: ramis teretibus attenuatis rugulosis subcarnosis.

Hab. prope Parisios, sed rare in sylvis, gramina et folia sicca subjacentia incrustans et ambiens, forma stalactidea. Rami sat longi sed tenues, vix 2 lin. crassi, ab initio subgelatinosi, dein subcartilaginei. Muscos allicit.

3. *serratum*, subascendens caespitosum viscosum fuligineo-albidum ramosissimum: ramis latiusculis serratis obtusis. *Comment. de Fung. clavaef. p. 106. t. 4. f. 7.*

Rarius in sylvis. Subcarnosum totum glabrum, affini Thelephorae *sebaceae.*

4. *cristatum*, adscendens subcoriaceum pallidum, ramis laciniatis subdifformibus membranaceis aut incrassatis rugosis. *Syn. fung. p. 583.*

β. tuberculosum, subdecumbens pallidum, ramis incrassatis obtusis. *Commentatio, p. 228. t. 2. f. 1.*

Clavaria laciniata. *Bull. Champ. t. 415. f. 1. Sowerby t. 158.*

Haec species apparet jam tempestive post pluvias aestivales in sylvis caesis, inter muscos. Primo fere albida, dein pallescit, substantia subramosa, sat pulchre divisa in ramulos stalactideos cristatos aut tuberculosos glabros.

γ? penicillatum, albido-pallens basi incrustans, in ramos parcos obconicos multifidum. *Syn. fung. p. 583.*

In fagetis ad terram quoque crescit, sed postea non observare potui, an revera ut species differat. Rami magis incisi, quam illi M. *cristati* sunt.

Obs. Merisma cristatum β. *fuscum* Conspect. fung. p. 284. *fusco-purpurascens: apicibus subhirsutis albidis et pallidis* neutiquam hujus speciei varietas videtur.

5. *cinereum*, griseo-cinereum basi incrustans, clavulis adscendentibus apicibus albidioribus incisis.

Prope Parisios autumno crescit in sylvis locis umbrosis. M. *cristatum* quidem refert, sed dimidio fere minus, magis coriaceum et siccum est, et basi in crustam effusum.

†† *Erecta ramosa, ramis distinctis aequalibus.*

6. *palmatum*, fusco-purpurascens, ramis laevibus palmatis, apice albicantibus subnitidis (maleolens).

α. Merisma foetidum. *Syn. fung. p. 584.*
Clavaria palmata. *Scop. Carniol. 2. p. 483.*

β.? *angulatum*, caule basi tomentoso, ramosissimo: ramis angulatis latiusculis, apicibus flabelliformibus. †

Ramaria palmata. *Holmsk. Coryph. ic.*
Clavaria palmata. *Nees System. 2. p. 43. t. 66. f. 151.* (exclus. synonimo.)

Hab. in Dania. Stipes tomentosus. Substantia durabilis. Sapor austerus, paulum subacris. Odor debilis, sed singularis. Color fungi mediae aetatis dilute badius, ramis rubescentibus; adulti spadiceus, apicibus murini coloris. *Holmsk.*

γ. *flabellare*, fusco-purpurascens tenerius, ramis linearibus subfastigiatis. *Syn. l. c.*

Clavellaria flabellaris. *Batsch El. fung. p. 227. t. 28. f. 159.*

Haecce varietas aut subspecies magis in sylvis frondosis oritur; formam minus evolutam exhibet. Odor etiam debilis est, qui in α est foetidus, illa insuper sylvas praefert abietinas, et 2-3 unc. alta est: ramis compressis, dilatatis; β. quantum ex descriptione Holmskioldi dijudicari potest, ut species distingui meretur.

7. *clavulare*, erectum coriaceum dilatato-ramosum inodorum pulverulentum subtuberosum. *Fries Obs. Myc. 1. p. 156. t. 1. f. 1.* †

In sylvis abiegnis Sueciae. Stipes basi subteres, ceterum compressus, digitato-ramosus: ramis inaequalibus sublaciniatis concoloribus. *Fries.*

8. *pusillum*, gregarium minutum fusco-purpurascens, ramis rugosis e basi ortis divaricatis obtusis. †

Clavaria rugosa. *Sowerby t. 404.*

In Anglia observatum et parasiticum ad stipites vetustos viciae *Fabae.* An fungus adhuc juvenilis? vix 4-6 lin. magnus est et ramuli crassiusculi subfurcati, compressi, glabri.

9. *serratum*, caespitosum subadscendens viscosum fuligineo-albidum, ramis latiusculis serratis obtusis. *Comment. de fung. Clav. p. 106. t. 4. f. 4.*

Rarius in sylvis. Ramosissimum, subcarnosum, totum glabrum. Affinitas cum Thel. *sebacea* adest, sed habitu differt.

Species minus cognitae.

20. *strigosum*, cespitosum dilute rufum canescens, ramis congestis divergentibus striatis. *Comment. l. c. p. 94.*

In fagetis et ericetis. Ramis brevibus, strigosis horridum.

21. *coralloideum*, fusco-nigricans submolle, ramis depressis striatis, apice fimbriatis albicantibus. — Clav. coriacea *Bull. p. 198. t. 452. f. 2.*

Ad terram et inter folia emortua, autumno.

* Clavaria *thermalis*, flavo-ferruginea, ramis cylindricis simplicibus vel irregulariter divisis. *Decand. Syn. pl. p. 21.*

In thermalibus, trabibus humidis adnascens. Glabra, siccatione durissima.

* Clavaria *subterranea*, teres aut compressa subfusca furcatim aut inaequaliter divisa, tomento brevi vestita. *Decand. l. c. p. 21.* In subterraneis.

Sed ubi pertineant Clavariae sic dictae *Dematiiformes* Schumacheri Flor. Saelland. p. 407. sine autopsia difficile dictu esset.

††† Helvelloidei fungi sunt carnosi vel carnoso-membranacei (in pileo), formaque magis determinata gaudentes; plurimi glabri, stipitati et erecti ac pileolo quodam, sed pro generibus vario, vestito, nec non resupinati sunt. Hymenium laeve, ex thecis manifestis liberis compositum, quae sporulas continent plerumque octo, et in plurimis elastice avolantes.

† *Clavaeformes, pileo perspicuo nullo.*

XLVIII. Clavaria. *Pileus* (*clavula*) elongatus, teres, simplex aut digitato-ramosus, cum stipite confluens (glaber). *Sporulae* non elastice prosilientes, thecis inclusae. *Thecae* minutae, subcoalitae, omnem fere superficiem occupantes. (*Color albus, pallidus, flavescens. Snbstantia carnosa.*)

* *Coralloideae, ramosissimae.*

1. *crispa*, ramosissima flavescens, ramis planis crispis margine incisis. — *Jacq. Miscell. austr. 2. p. 100. t. 14. f. 1. Schaeff. fung. t. 163? Alb. et Schwsin. Consp. p. 285.*

Hab. in Carniolia, Silesia et in Lusatiae pinetis. Vix hujus generis; *conf.* Thelephora, divis. prima.

"Statura non raro capitis puerilis. Caulis tuberosus. Rami numerosissimi, in foliorum formam compressi, margine argute serrati. Substantia est carnosa sapida; gulae blandiens, hinc fungum speciosum, *Clavariis* esse conge-

nerem, nulli prorsus dubio obnoxium." *Consp. fung. l. c.*

2. *Botrytis*, subdifformis, caul. crasso decumbente albido-pallido, ramis subbrevibus incurvis subrugosis: ramulis obtusis rubicundis. *Syn. fung. p. 587. Schaeff. fung. t. 176. Nees System. f. 150.*

Clavaria plebeja. *Jacq. Miscell. 2. p. 101. t. 13.*

Clavaria coralloides. *Bolt. fung. 3. p. 113. t. 113.*

Aestate et autumno in sylvaticis et ericetis nascitur, sed minus frequens; rarius quoque bene evoluta reperitur, aëre pluvioso excepto, ubi rami magis elongantur et stricti sunt, eorum apices vero tunc minus colorati. Fungus edulis uti subsequentes.

3. *alba*, ramosissima candida, ramis rectiusculis dichotomis acutis.

Rameria coralloides alba. *Holmsk. Coryph. 1. p. 113. t. 12.*

Clavaria coralloides. *Sow. fung. t. 278.* (fig. superior).

Clavaria Holmskoldiana. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 287.*

Clavaria fastigiata. *Villars Dauph. p. 1052.*

Minus frequens provenit in sylvis abiegnis.

Tota glaberrima et candida, sed basi interdum violascens. Caul. subtenuis, interdum etiam distinctus nullus. Rami dichotomi: nunc recti, nunc flexuosi et teretes. *Fries.*

4. *flava*, caul. subcrasso pallescente ramosissimo: ramis ramulisque luteis. *Syn. fung. p. Schaeff. fung. t. 175.*

β. *divaricata*, magna, ramulis crassiusculis dichotomo-divaricatis.

Clavaria coralloides. *Bull. Champ. p. 201. t. 213.*

Clavaria muscoides. *Bolt. fung. 3. p. 114. t. 114.?*

Hab. jam mature post pluvias aestivales in fagetis et quercetis.

Obs. Species magna, minus communis, forma varia. Forte species diversae sunt sub nomine *coralloides* ab auctoribus descriptae, et a Mycologis, quibus occasio datur illas observandi, extricandae et iconibus illustrandae.

5. *formosa*, ramosissima, caul. crasso subdecumbente, ramis elongatis aurantio-roseis: ramulis obtusis flavescentibus. *Icones et Descr. fungor. minus cognitor. Fasc. 1. p. 11. t. 3. f. 5.*

Clavaria fastigiata. *Batsch. El. fung. f. 48.?*

Clavaria flava. *Trattin. Esb. Schwaemme f. 4. t. 2.*

Provenit quoque in sylvis, jam mature. Ab antecedente, cujus tantum varietas?, forma elongata graciliore, ramis magis approximatis, apice aliter coloratis, praecipue differt.

6. *suecica*, gregaria ramosissima erecta ochraceo-incarnata opaca, caul. crassiusculo deorsum albido tomentoso, ramis multifidis acutis. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 256.*

In pinetis muscosis Sueciae. Caul. 3-4 lin. crassus erectus, tomento fibrilloso albido radicatus. Rami laxiusculi, flexibiles, 1-1½ unc. *Fries.*

7. *spinulosa*, ramosissima fuligineo-spadicea seu umbrina, caule crasso, ramis strictis subulato-spinulosis: oppositis brevioribus obtusis. *Obs. Mycol. 2. p. 59. t. 3. f. 1. Swartz Act. Suec. 1811. p. 147.*

In Germania et Suecia in sylvis. Species magna, rara. Rami breves, pulvere cinnamomeo obtecti.

8. *stricta*, ramosissima flavescente-fusca, caule tenui, fibrillis radicato, ramis ramulisque adpressis acutis strictis. *Comment. de fung. clavaef. p. 45. t. 4. f. 1. Schaeff. fung. t. 286.*

Obs. Meum fungus supra truncos aut ad eorum latera inveni, quo, et pulvere manifesto ramis adsperso a consimilibus facile discerni potest. Hinc Clavaria *stricta* Schuma-

cheri (Saell. p. 401.) diversa est, illius enim stipes, secundum auctorem est decumbens, subcrassus; etiam nascitur inter folia dejecta faginea.

9. *Syringarum*, ramosissima helvola opaca, ramis approximatis strictis subglaucis, radice tuberoso-spongiosa.

Sero autumno et initio hyemis saepius legi hanc clavariam sub Syringis ad terram. Cum praecedente specie, congruit forma, sed differt loco natali et basi tuberoso-spongiosa. Sapor Amygdali amari.

10. *decurrens*, flavo-fuscescens opaca ramosissima inaequalis, caul. tenui, radiculis fibrillosis albis.

In sylvaticis varius prope truncos aridos, seriatim saepius crescens.

Cespitem densum efficit; rami stricti adpressi; ramuli summi brevissimi, subacuti, nullo pulvere seu pruino obtecti. Sapor amarus.

11. *abietina*, gregaria ramosissima flavescens: contrita virescens, caule tenui basi et radiculis fibrillosis albis, ramulis subrugulosis. *Syn. fung. p. 589.*

Hab. in Germania, Suecia et Helvetia in abietinis. Magnitudine mediocris, forma dendroidea, pulvere subcroceo obtecta, sapore amara.

12. *apiculata*, ramosissima subalutacea, caule subcrassiusculo, ramis brevissimis verticillatis acutissimis virescentibus. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 1288.*

In Suecia ad truncos abiegnos vetustissimos.

Caul. adscendens, basi fibrillosus albidus, mox irregulariter divisus, pallide flavis; detrita non viret. *Fries.*

13. *pyxidata*, cespitosa expallido rufescens, ramis ramulisque subverticillatis, in tubum dilatatis. *Comment. de fung. clavaef. p. 47. t. 1. f. 1.*

Hab. in truncis in Germania et Suecia. Caul. tenuis, basi pilosus. Rami opproximati, apice excavati. — cl. Schumacher (*Flor. Saell. p. 400.*), se hanc speciem etiam in sylvis ad terram nudam legisse, dicit.

14. *amethystea*, ramosissima violacea, ramulis teretiusculis obtusis. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 285. Holmsk. Coryph. ic. Nees Syst. d. Schwaemme.*

Hab. in Germania, Dania et Suecia in regionibus magis arenosis et ericetosis, ad terram. Colore facile a ceteris distingui potest.

β. *brachycera*, ramosa violacea, caule subcrasso, ramis ramulisve brevibus crispis. Comment. de fung. clav. p. 61. Barrel. Pl. icon. 1261.

15. *fuliginea*, gregaria cinereo-rufescens ramosissima, caule tenui, ramis majoribus crassis compressis, lateralibus subincompletis, ramulis subfastigiatis brevibus acutis.

In sylvulis sat communis ad terram.

Caul. plusquam unc. longus, 2 lin. fere crassus, basi pro more subalbicans, dein in 5-7 ramos rudes divisus, quorum singulus trunco fere crassior est. Ramuli vero creberrimi, sed breves, nunc subulati acuti, nunc furcati obtusiusculi omnes subrugosi, roridi. Totus fungus 2-3 unc. altus et 2 latus. Sapor funginus, sed dein sub-amaricans. —

Obs. Sequentes fungi non diversi videntur

* *grisea*, cinerascens, caule subcrasso, ramis subrugosis, ramulis obtusis inaequalibus. *Comment. de Jung. Clav. p.* 44.

* *grisea*, fuliginea, caule tenui, ramis rugosis, ramulis obtusis difformibus. *Fries Obs. Myc.* 2. *p.* 289.

* *cinerea*, terrestris, ramis remotis apice multifidis. *Villars Dauph.* 3. *p.* 1050. *Bull. p.* 204. *t.* 354. (Figura mala).

16. *cristata*, polymorpha ramosa fuliginea cinerascens albaque, ramulis tenuissimis fimbriatis obtusisque. *Syn. fung. p.* 591. *Holmsk. ic. Bull. t.* 358. *f. c.*

Clavaria nivea. *Comm. de Clav. p.* 48. *t.* 2. *f.* 4.

β. *fallax*, elongata subsimplex indurata fuligineo - cinerascens, basi sphaerulis nigro-punctata. *Comment. l. c. Sowerb. fung. 3. t. 307.?*

Frequens autumno in sylvis frondosis crescit. Magnitudine mediocri. Singulare quod morbificans non solum colore mutetur, sed saepe *sphaeria?* quadam parasitica vexetur: forma parum et substantia commutata.

17. *chionea*, ramosissima nivea, caule tenuissimo mox ramosissimo, ramulis elongatis tenuissimis inaequalibus acuminatis.

Prope Parisios, Septembr., ad terram inter muscos mihi obvia est elegans haec species, colore niveo distincta; caul. attamen parum rufescit et sub exsiccando tomento tenui obtegitur. Ramuli setacei. Biuncialis.

18. *gracilis*, ramosa ex albido pallescens, caul. tenui: radiculis fibrillosis, ramulis multifidis subincarnatis. *Syn. fung. p. 592.*

In Germania in pinetis ad terram. In omnibus partibus tenera et gracilis. Rami subangulati, recti; ramuli subsetacei.

19. *fimbriata*, candida caule tenui villoso, ramis subcompressis elongatis: ramulis confertis setaceis. *Commentat. de fung. clav. p. 49.*

In abietinis hercynicis prius reperta. Caul. basi villosus. Rami satis crassi et longi, apice setaceo-incisi et hinc fimbriati.

Obs. Hae tres enumeratae species sibi subsimiles, et, forsitan, solis ex verbis difficillime extricandae, sed inter alia, loco natali et regione jam dissentiunt.

20. *trichopus*, nivea ramosissima, caule tenui hirsuto ramosissimo: ramulis furcatis palmatisque subfastigiatis. *Comment. l. c. t. 4. f. 3. Wallr. Ann. Bot.*

Hab. in sylvis ad terram. Magnitudo ejus uti plerarumque antecedentium, media est. Rami subcrassi, non cristati, vel setacei, sed simpliciter furcati.

21. *macropus*, subramosa alba, caul. tenui elongato pallescente, ramis crassiusculis oblongis, ramulis furcato-subulatis. *Comment. p. 51. t. 1. f. 2 Swartz Nov. Act. Suec. An. 1811. p. 152.*

In fagetis ad terram. Species subparva, sed caulis sat longus, uncialis, et lin. 1-2 crassus, subflexuosus, glaber. Rami stricti, elongati, teretes.

22. *grossa*, candida, caul. subtenui glabro ramosissimo, ramis crassis dilatatis subdifformibus, ramulis furcatis obtusis. *Comment. p. 50. t. 2. f. 2.* †

In sylvis ad terram. 3 unc. fere alta, 3 lin. crassa, fragilis.

23. *subtilis*, parvula subramosa alba aut citrina, ramis aequalibus elongatis subfastigiatis. *Comment. p. 51. t. 4. f. 2. Swartz l. c. p. 151.*

In sylvaticis. Forma regulari distinguitur.

Unc. $1\frac{1}{2}$ alti, in ramos paucos divisa. — Rami dichotome furcati, et fastigiati, ramulis aequalibus attenuatis. Color albo flavoque variat. *Sw.*

24. *crocea*, minuta crocea ramosissima, ramis ramulisve conformibus subfuscatis. *Icon. et Descript. fung. p. 36. t. 11. f. 6.*

Etiam ad terram nudam in sylvis, sed perraro occurrit, $\frac{1}{2}$ unc. vix magna, *Croco* similis.

25. *muscigena*, parva ramosa fusco-pallida, stipite brevissimo mox partito in ramos divaricatos: ramulis longiusculis subuliformibus. *Schum. Flor. Saell. p. 400.* †

In Dania inter muscos ad arborum truncos.

26. *digitata*, fusco-pallido, stipite angustiore subdigitatim ramoso: ramis incrassatis lobato palmatis obtusis. *Schum. l. c. p. 401.* †

In pratis sylvaticis. Octobr., in Dania.

27. *pratensis*, cespitosa parva flavescens, caule brevi, ramis geniculatis divaricaticis: ramulis subfastigiatis obtusis. *Comment. de fung.*

Clav. p. 52. t. 4. f. 5. Bull. t. 358. fig. d. e. Vaill. bot. t. 8. f. 4.

Clavaria muscoides. *Schum. p. 402. Flor. Dan. t. 836. f. 2.*

Clavaria fastigiata. *Decand. Flor. Gall. 2. p. 100.*

In pratis aut collibus apricis, autumno sat frequens; sed inter gramina vel muscos delitescit. Vix unc. alta.

28. *corniculata*, subramosa helvola, caule gracili elongato, furcatim diviso, ramis acutis obfuscisve subbrevibus. *Syn. fung. p. 589. Nees System t. 16. f. 152.*

β. Clavaria fastigiata. *Schum. l. c. Flor. Dan. t. 775. f. 3.*

In sylvis ad terram. Caul. basi pubescens, sat longus, sed tenuis. *β.* inter muscos, in pratis et pascuis; truncus hujus, secundum auctorem, est breviusculus, rami subcompressi dichotomi, et color luteo-ferrugineus aut fuscus.

29. *vitellina*, cespitosa laete flava, caule tenuissimo simpliciter ramoso, ramulis furcatis obtusis fuscis,

Hab. in sylvis umbrosis ad terram. Altitudine modo unciali, sed caespitem sublatum sistit.

30. *viscosa*, truncigena, vitellina viscosa tenax, ramis ramulisque furcatis; caule tenui radicato. *Comment. de Clav. p. 53. t. 1. f. 5. Schaeff. t. 174.*

Incolit truncos vetustos abietinos. Unc. 1 - 2 alta.

31. *tenacella*, fasciculata fuligineo - violascens subtenax, ramis congestis elongatis, ramulis furcatis obtusis. *Comment. p. 47. t. 3. f. 5.* †

In sylvis, ericetis ad terram rarius. Subcartilaginea quasi, demum cinerascit. Rami non valde divisi, approximati; 1 - 2 lin. crassi, 3 unc. circiter longi aequales.

32. *coriaria*, alba fragilis caespitosa ramosa, ramis erectis elongatis crassitie aequalibus subacutis. *Rebent. Flor. Neomarch. p. 378.* Cl. subcaulescens.

In pulvere coriariorum, magnos cespites format. Altitudine unciali ad $1\frac{1}{3}$. *Reb.*

Obs. Ob crescendi locum ulterius inquiri meretur, ita ut descriptio, nimis brevis, novis suppleatur observationibus.

33. *palmata*, pallescens carnosa subalutacea, caule tenui, ramis subcompressis palmato - digitatis acuminatis. *Comment. p. 45.* †

Passim in fagetis oritur. Caespitem 3 unc. latum et longum efficit. An forte var. depauperata Cl. *flavae?*

34. *mucida*, gregaria minuta subramosa albida, apice ochraceo, basi tomentulo cincta. *Comment. p. 55. t. 2. f. 3. Consp. fung. Lusat. p. 288. Swartz N. Act. Suec. p. 153.*

Ad latera truncorum putrescentium et mucosorum late se propagat pulchella haec species, longitudine trilineari; individua adsunt alia simplicia, alia furcatim divisa, tenuissima, apice flavescentia.

35. *Byssiseda*, varia subramosa parva rufescente pallida (albaque), radiculis longis byssoideis insidens. *Syn. fung. p. 151. Fries Obs. Mycol. 1. p. 157. Comment. de Clav. p. 55. t. 3. f. 7.* (var. major).

Ramaria fimbriata. *Holmsk. Coryph. p. 98. ic.*

In ramis querneis, aut ad Salicis *capreae* truncos sat rare provenit. Radix (subiculum?) magna, pro fungillo, nunc fibrillosa nunc ut Byssus alba plura specimina conjungit et corpuscula subjacentia obtegit. Rami juniores sunt plerumque simplices et curvati, majores furcati, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. longi, etiam albi.

* *byssacea*, cespitosa minuta simplicissima, corniculis albis, basi unitis, lana candida, insidentibus. *Bolt. in Usteri Annal. 1. p. 11. t. 1. f. 5.*

Ad salicum annosarum praecipue cortices, hyeme crescit, dicit cl. Auctor. Cornicula

alba, acuminata, bilinearia fere, simplicissima, sed basi unita, parum incurva e lana tenuissima sed densa progerminantia, siccata in fuscum colorem tendunt, sed lana manet candida.

Obs. An clavulae semper simplicissimae? An a priore ut species sejungenda? Forsitan in duabus hisce anomalis clavariis, radiculae sic dictae modificatio sunt *pilei* obsoleti, et tunc hi fungi non male genus peculiare pone Odontias constituerent: clavulis pro *subulis* habendis.

** *Clavulis elongatis incrassatis obsolete ramosis.*

36. *rugosa*, gregaria submagna incrassata albida *rugosa* simplex ramosaque: ramis parcis difformibus. *Bull. t. 448. f. 2. Flor. Dan. t. 1301. Bolt. fung. t. 115.*

Clavaria coralloides. *Sowerb. t. 278.* (Fig. inferiores.)

Vulgaris in sylvis, aut inter gramina ad margines sylvarum.

Mere variat forma et longitudine sic et tenuitate, qua de re nec non de pluribus synonymis videris *Comment. de fung. Clavaef. p. 57.*, quibus addi posset ob colorem: *β. flavescens*, subparva flavescens, ramis obsoletis divergentibus. — Inter Muscos, 1½ unc. longa. Merisma refert.

37. *ceranoides*, caespitosa magna flavo-fusca, clavulis difformibus subramosis dentatis. *Syn. fung. p. 594.*

Clavaria rugosa. *Sowerby fung. p. 235.*

Hab. in Anglia. Species magna, cujus clavulae numerosae cespitem efformant latitudine palmari; substantia sunt subflaccidae, interne cavae, sursum incrassatae, subspadiceae.

38. *ignea*, cespitosa flavo rubra, deorsum ventricosa, ramulis paucis tenuibus brevibus. *Mich. Gen. pl. p. 209. t. 88. f. 2.* †

Hab. in Montis-Boni ericetis et sylvis caeduis, Octobr. *Mich.*

*** *Simplices, seu clavulis non divisis.*

39. *pistillaris*, solitaria magna incrassata e flavo seu alutaceo subrufescens, apice rotundato. *Schaeff. fung. t. 169. Batsch Elench. fung. t. 2. f. 46. Comment. de Clav. p. 61-65.* (Ob critica et observationes.)

In sylvis frondosis, sed praecipue in regionibus calcareis nascitur. Iunior fere cylindrica et colore dilutior. Amaricans. 4-5 unc. longa, farcta, subdura.

β. *herculeana*, subspadicea rugosa, apice subdepresso. *Syn. fung. Holmsk. Coryph. ic. Schaeff. t. 169. f. 9. Sowerby fung. t. 277. Michel. Gen. t. 87. f. 2.*

In sylvis acerosis provenit. Major est et colore obscuriore fere spadiceo differt. — Substantia mollis gossipina. *S.*

40. *alba*, solitaria submagna tota alba incrassata subturbinata. *Traité sur les champ.* p. 255.

Clavaria major alba. *Micheli N. G. Pl.* p. 208. *Battar. Fung. Arimin.* p. 23 t. 3. f. a.

Hab. in Italia. Antecedente paullo minor, sed pro ratione parum crassa, extus intusque alba, solida. Esculenta ex Batana.

41. *Ligula*, subcaespitosa rufescente pallida opaca basi villosa attenuata, sursum teres subcompressaque. *Schaeff. Fung.* t. 170. *Comment. de fung. clav.* p. 66.

Hab. in sylvis abietinis ramulis villo adhaerens. 2 unc. longa, 3 lin. crassa. Forma subvariabilis. Color ut in Cl. *pistillari.*

Obs. Species *Schumacheri Saell.* no. 2014. diversa? qui "fusco-flavescens, longa, radiculis penicillatis, et in *pratis graminosis*, aut *ericetosis subhumidis* insuper vegetat."

42. *cochleariformis*, cespitosa flavo-fusca, radiculis penicilliformibus e tubere ortis, clavula compresso-excavata apice subretusa. — *Schumach. l. c.* p. 407. †

In Daniae ericetosis aridis. Novembr. Color basi et in parte convexa clavulae dilutior. *S.*

43. *tuberosa*, flavescens, clavulis attenuatis in basi tuberosa hirta coalitis; intus cavis. — *Sowerby fung. t. 199.* †

Hab. in Anglia ad truncos aridos, sub quorum cortice tuber absconditum est. 1 - 2 unc. longa, lin. 1. crassa, subflexuosa.

44. *bulbosa*, subgregaria minor flexuosa ferrugineo-aurantiaca, clavula subincrassáta elongata obtusiuscula, basi bulbosa albido-tomentosa. *Schum. Saell. p. 405.*

Cresc. in Dania inter muscos in sylvaticis humidis, 1½ unc. longa, interne carnoso-gelatinosa. *S.*

45. *juncea*, gregaria subcaespitosá tenuis argillacea rufescensque, basi villoso-fibrillosa. *Fries Obs. Myc. 2. p. 291. Conspect. fung. Lusat. p. 289.*

Clavaria rufescens, *triuncialis*, tenuissima. *Michel. gen. t. 208. no. 11. Syn. fung. p. 600?*

Clavaria hirta. *Flor. Dan. t. 1257.*

β? *pilipes*, rufescens solitaria gracilis, stipite inferne piloso. *Flor. Dan. t. 1100. f. 3.*

In nemoribus humidis, umbrosis; ad radices arborum, inter fol. decidua.

"Clavula fistulosa, longissima, juncea, subfiliformis, apice acuto, nonnunquam subincurvo, 3-5 unc. longa, basi radiculis fibrosis. Niveis in orbem expansis fol. humentibus

bus infixa." D'*Alb. et de Schweinitz. l. c. p. 290.*

46. *fistulosa*, gregaria, flava, radice fibroso-barbata, clavula incrassata obtusa fistulosa longissima. *Syn. fung. p. 599. Holmsk. Coryph. 1. ic.*

Hab. in Dania ad truncos et ramos deciduos. Substantia mirae tenuitatis, ita ut fungus deficiente humore, contrahatur et digito Junci instar complicari queat. *Holmsk.*

47. *strigosa*, subgregaria, fusco-lutea aut pallida, clavula longissima incrassata fistulosa, caule inferne pilis strigosis obsito, basi nigricante. *Schum. Saell. 2. p. 405.*

Clavaria fistulosa. *Flor. Dan. t. 1256.*

In Daniae pinetis et alnetis, ramulis dejectis adnascens. Octob. — Novembr. Una cum stipite, qui plerumque est longissimus, 4 - 10 unc. longa, deorsum 1 - 2 lin. crassa. *Schum.*

48. *pilosa*, gregaria, fuligineo-umbrina, clavulis subincrassatis primo pilosis demum glabris. *Comment. p. 74.*

Clavaria *fistulosa*, subfuliginea teres fistulosa gracilis, pilis deciduis operta. *Decand. Syn. pl. gall. p. 21. Bull. champ. p. 213. t. 463. f. 2.*

Hab. in Gallia, ad folia semiputrida. Fragilis, lin. crassa et 1 - 2 unc. longa.

49. *Ardenia*, gregaria cinnamomea, clavula incrassata longissima cava, basi tomentosa. *Syn. fung. p. 599. Sowerb. t. 215.* †

Hab. in Anglia ad ramos exsiccatos. Altitudine insignis, et pro longitudine sat crassa.

Clavariae *fistulosae* Holmsk. valde affinis videtur.

50. *macrorhiza*, solitaria simplicissima, clavula fistulosa flavo-fusca, basi contorta, radice longissima villosa. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 292. Swartz in Act. Suec. an. 1811. p. 155. t. 4. f. 1.*

Hab. in Suecia in locis declivis arenosis. In terram longissima descendit usque ad 3 uncias et ibi fibrillis densis albidis vestita. Stipes inferne subtorquatus, sulcatus. Clavula ipsa vix distincta, obtusa, leviter compressa. Color albo-caesius, demum fuscus. *Sw. l. c.*

51. *fusiformis*, caespitosa congesta aurea, clavulis attenuatis, basi subcohaerentibus subtenacibus. *Syn. fung. p. 601. Sowerb. t. 234.*

Clavaria fasciculata. *Comment. p. 73.*

In sylvis ericetosis subnudis habitat, autumni initio. Clavulae plurimae fasciculum efformant basi cohaerentem, utrinque sunt attenuatae, 3-4 unc. longae, apice obscuriores.

52. *inaequalis*, caespitosa inaequalis fragilis lutea, clavulis acuminatis angulato-difformi-

bus. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 193. Flor. Dan. t. 836. f. 1.* †

Clavaria vermiculata *Sowerb. t. 253.?*

Autumni initio in campis et pratis siccis apparet post pluvias aestivales. Clavulae 2-4 unc. altae, forma variae: falcatae, contortae, compressae, angulatae. *Fries l. c.*

Obs. An a Clavaria *helvola* satis diversa?

β. *albo-lutea*, cespitosa fasciculata, clavulis ventricosis: aliis integris, aliis eroso-bifidis. *Sowerb. l. c. p. 253.* (fig. superiores).

Provenit in graminosis. Majuscula, subturgida. Clavulae albidae, apice citrinae ibique incisae. (*Quoad iconem*).

* *fasciculata*, caespitosa carnosa aurantiaca glabra, stipitib. ad basin fasciculatis, ad apices compressis et in senio laceris. *Decand. Syn. Gall. p. 20.*

Hab. in sylvis ad terram. Clavulae utrinque acuminatae. Est etiam clav. *fasciculata* Villarsii.

53. *luteola*, gregaria farcta alutacea oblongo-clavata teres. *Comment. de clav. p. 66-67.*

Clavaria *cespitosa*, caulibus simplicissimis, basi nonnunquam unitis oblongo-clavatis farctis aquose luteolis. *Jacq. Miscell. 2. p. 89. t. 12. f. 2. Schmiedel t. 5. f. 1.*

Nascitur ad terram in sylvis abiegnis, autumno. Clavulae cespitosae, aggregatae, carne alba compacta farctae, 1 - 2 unc. longae. *Wulf. l. c.*

54. *ericetorum*, cespitosa flavescens, clavulis incrassato - subcylindricis obtusis (passim divisis) alutaceis, stipitibus subnitente flavis. *Obs. Mycol. 2. p. 60. Conspect. fung. p. 290. Schmiedel Ic. pl. p. 56 - 59. t 15.?*

Hab. in ericetosis, sylvaticis frondosis.

Color recens alutaceo - flavescens, in fungo exsiccato fere argillaceus, opacus. Clavulae carnoso - ceraceae, in quibusdam ejusdem cespitis individuis, nonnunquam compresso - cornutae, adultae rugulosae, 1 - 2 unc. longae, 2 lin. crassae, farctae, basi equidem non angustae, ut in sequente.

55. *helvola* (*pascua*), gregaria et subfasciculata, clavulis elongatis sensim incrassatis obtusis, flavo - aurantiis, stipite tenui dilutiore.

Clavaria helveola. *Comment. de clav. p. 69.*

Clavaria cylindrica. *β. lutea. Bull. t. 463. f. 1. b. n. o.*

Clavaria lutea. *Decand. Flor. Gall. 2. p. 97.*

Clavaria teres. *Baumgart. Flor. Lips. t. 4. f. 2. a.*

Clavaria angustata. *Consp. fung. p. 290* (ut e descriptione patet).

Clavaria fragilis et β. lutea *Schum. Saelland. p. 404.*

Nascitur vulgaris haec species, in pratis siccis et pascuis, inter muscos ad margines, passim et in interiore sylvarum.

Obs. Pro aëris et soli conditione magnitudine variat, plerumque unc. 1 ad $1\frac{1}{2}$ - 2 unc. longa, lin. 1 et $\frac{1}{2}$ lata, fragilis, solida, laete flava, nonnunquam apice, sed non semper et ubique in locis, praesertim sub exsiccatione ferruginea vel cinnamomea fit, quod ex differentia specifica, ne difficultas in determinatione oriatur, excludendum videtur.

Sequentes fungi ut laeves varietates aestumandae, nec tamen negligendae sunt.

β. *dispar*, dilute flavescens minus alta, clavulis incrassatis: una alterave compressa subbicorni.

Clavaria fragilis, var. *lutea. Holmsk. Coryph. ic.*

Clavaria vermicularis. *Sowerby t. 253.?* (*Fig. inferiores*, praesertim sinistrae; fig. *intermedia* ad individuum luxurians picta).

Clavaria pistillaris. *Bolt. fung. 3. t. 113.?*

In pascuis inter gramina brevia et muscos.

γ. *angustata*, cespitosa flavescens, clavulis elongatis subadscendentibus, deorsum flexuosis. *Comment. de clav. p. 72. t. 1. f. 3.*

In pratis montosis muscosis subhumidis, quo clavulae longiores et multo angustiores factae sunt.

δ. aurantia, subcaespitosa parva aurantio-rubra, clavulis subrugosis aut canaliculatis, basi tomentosis. *Obs. Mycol. 1. p. 32.*

Magis in sylvis ad terram nudam adest, cui tomentulo adhaeret. Clavulae subdistant, unc. longae.

* *sylvatica*, dense caespitosa subargillacea, clavulis congestis longissimis angustis incrassatis. — *Comment. p. 73.*

In sylvis frondosis rarius. In eodem fasciculo clavulae numerosae, 40-50, sunt, basi fere cohaerentes, 4-5 unc. longae, apice subcompressae et obtusae, intus solidae, exsiccatae subcinerascunt. *Com.*

56. *flavipes*, cespitosa fragilis, clavulis falcatis albido-pallidis acuminatis, stipitibus nitente-flavis. *Comment. p. 75. t. 1. f. 4.* — *Schumach. p. 404?* apice fusco-umbrino.

In collibus graminosis apricis. Stip. subpellucidus, citrinus.

57. *fumosa*, caespitosa, fragilis cinerascens unicolor, clavulis congestis fumosis flexuosis. *Comment. p. 76.*

In sylvis ad terram, fasciculum multarum clavularum, basi subconnatarum offert. Fun-

gus recens aquose fuligineus, et fere hac nota ab *eburnea* modo differt.

β.? *striata*, caespitosa subfuliginea, clavulis longissimis flexuosis acuminatis, sparsim striatis. *Comment. p. 75.*

In sylvis.

58. *eburnea*, cespitosa fragilis nivea, clavulis congestis subfistulosis attenuatis, basi subpellucidis. *Syn. fung. p. 603.*

Clavaria fragilis. *Holmsk.* var. *alba*, *icon. fig. f. 9. Flor. Dan. t. 735. f. 1. Comment. de clav. p. 77.* cum synonymis.

β. Clavaria gracilis. *Bolt. 3. t. 111.* et *Sowerb. fung. t. 232.*? (minor minusque fasciculata in iconibus exhibentur et in hortis crescit),

δ. *tubiformis*, cespitosa candida, clavulis flexuosis deorsum incrassatis, intus fistulosis. — *Micheli, p. 209. t. 87. f. 13.*

Etiam haec species in nemoribus praesertim gignitur, locis umbrosis humidiusculis, fasciculum multarum clavularum basi subconnexarum aut separatarum sistens. Caulis basi hyalinus, non equidem tenuis, uti in sequente; β. ob cavitatem insignem, pro icone, forsitan distincta.

59. *pistilliforma*, gregaria candida, stipite elongato subtenui, clavulis incrassatis obtusis intus cavis.

Clavaria alba pistilliforma. *Vaill. Bot. p. 39. t. 7. f. 5.* — *Mich. gen. pl. p. 209. t. 87. f. 10.?*

Clavaria cylindrica. *Bull. p. 212. t. 463. f. 1. Comment. p. 86. Sowerb. t. 90.* (ubi nonnulla individua valde turgida picta sunt).

Clavaria fragilis. *Holmsk. Coryph. ic. fig. a — c.*

Hab. in pascuis apricis, autumni initio. Clavulae equidem non cylindricae, saltem non in omnibus, apice obtusae, quo praesertim ab antecedente differt, qua etiam minor, nec basi unita. Ulterius tamen observari meretur.

60. *vermiculata*, cespitosa similaris alba, clavulis farctis attenuatis subincurvis.

Clavaria solida. *Comment. p. 78.*

Clavaria vermiculata, non fistulosa candida. *Micheli Gen. pl. p. 209. t. 87. f. 12.*

Eam reperi, circa Parisios, mense Septembri, in sylvis fasciculatim crescentem; sed specimen non altum fuit, $1\frac{1}{2}$ unc.; basin versus non attenuata. Nonnullae clavulae subcompressae et apice subdivisae, quomodo icon Micheliana hoc etiam reddit.

β. flexuosa. Cl. *vermicularis*, cespitosa albissima cylindracea subulata flexuosa solida. *Swartz in N. Act. Suec. p. 159. f. 2.*

Hab. in Suecia. Caespitosa tripollicaris.

Stipites vix distincti. Clavulae cylindricae, crassitie pinnae columbinae, subflexuosae, apice subulatae, arcuatae, intus solidae, medio perforatae et humorem scatentes. *Swartz.* — A meo fungo, quem multo superat, forsan diversa.

61. *rosea*, subcespitosa obscure rosea fragilis, clavulis elongatis incrassatis farctis. — *Fries Obs. Mycol. 2. p. 290. t. 5. f. 2.*

β. rubella, subsolitaria recta incrassata aquose rubella. *Comment. de clavaef. p. 81.*

In duobus speciminibus hic, anno pluvioso 1816, a me collectis clavulae simul in minori copia, 3-4, aderant, sed etiam valde fragiles, 3 - 4 unc. longae. Apex secundum D. *Fries*, exsiccatione flavescit, quod non observavi.

62. *purpurea*, cespitosa subcompressa acuminata purpurea. *Syn. fung. p. 600. Flor. Dan. t. 837. f. 2. Fries, l. c.*

In Daniae et Sueciae herbotis. Color rufo-fuscus, *rufa*, gregaria incrassata compressa rufa passim emarginata. *Flor. Dan. t. 775. f. 1. Syn. fung. l. c.*

In graminosis sylvaticis, in Dania.

63. *nigrita*, cespitosa nigra, clavulis longissimis fistulosis subreflexis. *Comment. p. 79. Swartz, l. c. p. 159.*

Rarissime in graminosis. Clavulae subcompressae, flexuosae attenuatae, 3-4 unc. longae,

in specimine Holmiae lecto, secundum Swartz, tantum unciales.

64. *falcata*, parva solitaria candida, clavula falcata obtusa, stipite brevi pellucido. *Comment. p. 81. t. 1. f. 3. — Mich. Gen. pl. t. 87. f. 6.* quoad iconem.

Occurrit satis frequens in umbrosis subhumidis ad terram nudam, sed solitaria et parca; unc. 1. longa, tenera.

Obs. Fungillus *Michelianus*, *t. 87. f. 9.*, crescit in fictilibus hortorum terra stercorata repletis.

65. *exilis*, subcespitosa minuta candida, clavula incrassata obtusa acutaque substricta, stipite pellucente.

Mense Novembri in pulvere coriario putrescente, prope Rouen inventa (*Havet.*), et ibidem satis profusa orta. Exigua, 2 - 3 lin. tantum longa, $\frac{1}{4}$ vix crassa, firmula.

66. *acuta*, subgregaria alba, clavula conica acuminata *farinacea*, stipite elongato. — *Sowerb. fung. t. 333.* †

In Anglia ad terram, $\frac{1}{2}$ unc. circiter alta. An *Isaria?* sed in insectis emortuis non parasitica.

67. *virgultorum*, gregaria conferta, primo albida dein fuscescens, clavulis elongatis filiformibus, basi villosis.

Crescit in umbrosis ad stipites et folia sicca; eam semel quidem (prope Versailles) fine Octobris inveni, sed tunc magna in copia. Clavulae crassitudine fere aequales, medio tamen paullo crassiores, 2 unc. ad $2\frac{1}{2}$ longae; valde tenues, basi villositate albida ramulis adhaerent; recenti in statu aquose candidae, exsiccatae pallide fuscae.

68. *filata*, gregaria longissima tenuis filiformis glabra albicans. †

In uliginosis inter muscos observavit D. *Chaillet*. Spithamam fere longa, sed vix dimidiam lineam crassa; basin versus paullo tenuior.

69. *tortilis*, subgregaria parva, clavulis elongatis teretibus aut subincrassatis candidis, stipite subtortili glabro spadiceo.

Hab. in Gallia meridionali in ramulis et foliis aridis. *Dufour*.

70. *pusilla*, gregaria minutissima alba, crassitudine ubique aequali. *Comment. p. 86. t. 3. f. 6. Conspect. fung. Lusat. p. 292.*

In folio quodam arido inventa. Serotina, nunc striata, nunc curvata, lin. 1. alta.

71. *diaphana*, epiphylla sparsa minutissima basi bulbo ovato flavescente pellucido, clavula attenuata incurva diaphana (?) candida. *Schum. Saell. p. 405.* †

Supra folia decidua faginea, Octobri, haud infrequens. 2 lin. fere longa. *Schum.* An forte eadem ac Clav. *gyrans?*

72. *pallida*, gregaria minuta diaphana, stipite longo flexuoso albido-caesio subbulboso, clavulis ovato-oblonga ex pallido subrosea. *Schum. l. c. p. 406.*

Hab. in terra humosa pineti. Sept. 2-3 lin. longa.

73. *muscicola*, gregaria minuta tota alba, clavula incrassata basi bulbosa. *Obs. Mycol. 2. p. 60. t. 3. f. 2.*

Clavaria *muscicola*, candida simplex elongata clavata, tuberculo radicali obscuriore. *Nees Syst. der Pilze und Schwaemme. 2. p. 43. t. 16. f. 154.*

74. *uliginosa*, simplex minuta nivea, basi nuda attenuata capillari in clavulam obtusam teretem abiens. *Wallroth Annus botan. p. 141.*

In uliginosis. Vix semiuncialis, fragilis. *W.*

**** TYPHULAE, *firmulae, stipite magis distincto et sublongo instructae.*

† *Tuberculo radicali nullo.*

75. *fuscipes*, clavula subincrassata flavo-cinnamomea, stipite longiusculo glabro nigro-fusco.

Rarius ad ramulos siccos prope Parisios. *Thuill.*

Inter minores major est, $\frac{3}{4}$ unc. fere longa, $\frac{1}{2}$ lin. crassa. Clavula subflexuosa, subsulcata, obtusa. Stip. dimidio fungi longitudine.

76. *chordostyla*, stipite elongato capillari albido glabro, clavula sublineari flavo. †

Mitrula Todei. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 160.*

Typhula *Todei*, pileo flavo, stipite albo glaberrimo, tuberculo nullo. *Fries Obs. 2. p. 298.*

Chordostylum Clavaria. *Tod. fung. Mecklenb. 1. p. 37. t. 6. f. 55.* Ex D. Fries, sed secundum b. auctorem capitulum *coriaceum* est, hinc potius ad fam. *Sclerotoideam* pertineret.

In stipitibus locis humentibus dejectis, praecipue in Filicibus. Aug. — Septemb. *Fr.*

77. *minuta*, gregaria minutissima, clavula lineari lanceolata cinnamomea, stipite pallido.

Clavaria minuta. *Sowerby fung. t. 391.*

Mitrula pusilla. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 299.*

In Anglia ad involucra sicca Dipsaci *pilosi*, forte etiam ad caules aut folia carduorum crescit.

78. *ovata*, tota candida, clavula brevi obovata, stipite pellucido. *Comment. de fungor. clav. p. 85.*

Autumno in ramis Aridis, Rubi *fruticosi*, etc. Clavula subcava, passim subcompressa, stipite duplo brevior.

79. *obtusa*, gregaria minuta candida, clavula oblongo-ovata obtusa, stipite brevi concolore.

Clavaria obtusa. *Sowerb. fung. t. 334. f. 1.*

Clavaria quisquiliaris. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 292.*

In stipitibus putrescentibus Pteridis *Aquilinae* in Anglia et Suecia, et in caulibus exsiccatis Sonchi *alpini* in Vogesia et Helvetia.

Clavula firmula, satis crassa, etiam subcompressa et ligulata, stipite longior. Totus fungillus 3 lin. altus. Varietatem stipite pubescente etiam delineavit cl. Sowerby; observare tamen licet, stipes in non paucis fungis exsiccando subtomentosus fuit.

80. *Filicina*, sparsa elongata subfiliformis pallide rufescens glabra.

Hab. in stipitibus aridis Filicis *Maris* in Vogesia (*Mougeot*) et circa Parisios in iisdem stipitibus, locis humidis dejectis (*Desvaux*).

Totus fungillus unc. 1 altus, ½ lin. crassus; clavula ipsa stipite brevior eoque paullo crassior, teres et subacuta. Color in recenti forsitan albidus. Substantia sicca.

81. *peronata*, simplicissima albescens, clavula brevissima subacuta, stipite longiusculo pubescente.

In Vogesia rarius ad strobilos *Pini sylvestris*.

Habitu parum alieno distincta ob clavulam vix 2 lin longam, et stipitem membrana villosa quasi vestitum; hic ½ - ¾ unc. longus et villositate sat densa matrici adnata.

†† *Stipite elongato tuberculo radicali insidente.*

82. *Erythropus*, clavula cylindrica brevi alba, stipite stricto elongato fusco - rubente. *Comment. p. 84. Syn. pl. t. 3. f. 4.*

Clavaria gyrans. *Bolt. fung. t. 112.*

Typhula Erythropus. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 297.*

β.? pinicola. Cl. *Erythropus*, gregaria minutissima, stipite elongato capillari atro - rubente, apice albo villoso, clavula oblonga, subcylindrica vel ovata glabra albido - pallescente. *Schum. Saell. 2. p. 406.*

Non equidem (α) valde rara occurrit in ramulis aridis, sub quorum cortice tuberculum basitare latet, huc rugoso - sulcatum est et fusco - nigricans subdepressum. Stipes vix pubescens, subpurpureo - badius, apice albicans, tenuis. Clavula 2 - 3 lin. longa, subobtusa, alba. — Fungillus Schumacheri (β) etiam ob locum naturalem: in trunco putrido Pini *sylvestris* diversus videtur.

83. *gyrans*, gregaria candida, clavula cylindrica, stipite longo pubescente. *Comment. p. 83. Batsch El. fung. t. 164.*

Typhula *gyrans*, pileo stipiteque pubescente albis, tuberculo pallido, interdum nullo. *Fries l. c. p. 297.*

Hab. ad folia dejecta et ad stipites aridos. Valde debilis, minutissima. Tuberculum laeve, pallidum.

84. *granulata*, tota alba, clavula fistulosa, tuberculo granulato nigro. — *Willd. Prodrom. p. 705. f. 17.*

Hab. Berolinum.

85. *Rhacorhiza*, clavula subulata alba, stipite glabro flexuoso subfusco, tuberculo lenticulari nigro. *Reichard in Act. Berol. 1. p. 515. t. 9. f. 4-5. Sowerb. fung. t. 233.*

Hab. ad terram madidam. Filiformis, flexuosa, 2-3 unc. longa. Secundum D. Fries, Stipes est albus et tuberculum globosum.

Obs. Clavulae in speciebus hujus subdivisionis aut subgeneris, natura omnino eaedem videntur antecedentium. Et nondum probatum est, an tubera illa radicalia ad hosce fungillos pertineant, aut an propria vegetabilia sint: *Sclerotia*, etc. Talia tubercula etiam ad basin stipitum nonnullorum agaricorum observantur.

XLIX. Phacorhiza. *Tuberculum* radicale volvaceum, carnosum; primo includens *clavulam*, eamque per fissuram deinde protrudens.

1. *Scle-*

1. *Sclerotiboides*, sparsa, clavula simplice alba, tuberculo badio. *Tab. XI. Fig. 1 et 2.*

Hab. in Vogesia in caulibus exsiccatis Sonchi *alpini* et Cacaliae *albifrontis*. (Mougeot.)

Tuberculum globosum, ab initio laeve, in statu vetusto et post emissionem clavulae collabitur et rugosum fit; insuper etiam ante maturitatem, solum reperitur, quare facile pro Sclerotione *Semen* haberi posset, cujus colore et forma est. Clavula ipsa, (passim duae adsunt) ex medio tuberculi, rarius ad latus, exit, carnosa est et formam communem, et uti videtur etiam structuram specierum simplicium generis antecedentis participat; sed ab illis, praesertim quae in ultima divisione enumerantur, singulari evolutione discrepat, quare ut genus peculiare hunc fungillum proponere vellem.

Obs. Non confundi debet cum Clavaria *Sclerotioides* Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 29.; quae ob naturam totam Sclerotii ad Familiam *tuberaceam* pertinet, ejusque clavula continuatio est tuberculi, ac eodem colore.

L. Geoglossum. *Clavula* carnosa, subcompressa, margine subprominente a stipite distincta. *Thecae* majores, disjunctae. (Color obscurus: plerumque niger, fuscus, interdum virescens).

1. *hirsutum*, subfasciculare hirsutum nigrum. *Nees System. t. 17. f. 157.*

Clavaria ophioglossoides. *Holmsk. Coryph. p. 18. ic. Schmiedel Ic. et Analys. pl. p. 92. t. 29. f. 1-19.*

Crescit in sylvis, pratis; sed multo rarior est quam sequens, a quo praesertim hirsutie differt. Clavula nunc compressa, nunc subrotunda plicata.

Obs. An tabula Sowerbei 83. ad hanc an ad sequentem speciem pertinet?

2. *glabrum*, totum glabrum ex spadiceo nigrum, stipite squamuloso basi albicante. *Syn. fung. p. 608.*

α. *vulgare*, fusco-nigrum, stipite levi, clavula subangusta, passim bifida.

Clavaria ophioglossoides. *Bull. champ. 1. p. 196. t. 372. Bolt. fung. 3. t. 111.* (nimis incrassata picta).

Inter gramina, ad margines sylvarum autumno. Color etiam fusco-niger.

β. *paludosum*, glabrum nigrum, clavula subtereti, stipite laevi.

Geoglossum glabrum. *Stirpes Crypt. Vogeso-Rhenanae. 1. p. 95.* (Excl. Synonymo).

In pratis uliginosis, inter *Sphagna.* Magnitudine mediocri.

γ. *uliginosum*, tenerius atrum stipite sublongo squamuloso. *Obs. Mycol. 2. p. 62. t. 3. f. 4.*

δ. *macropus*, stipite longo laevi.

Clavaria nigrita *Schleicher. Pl. Cryptog.*

In Helvetiae paludosis? Stip. 2 - 3 unc. longus. Clavul. unc. 1. longa, 2 lin. crassa.

3. *sphagnophilum*, glabrum, clavula olivaceo-atra, stipite tereti sublongo atro - purpureo. — *Ehrenberg. Sylv. Mycol. p. 30.* †

Prope Berolinum, in Sphagnis, aestate. Proteus, magnum. Forma et magnitudine convenit cum icone Schmied. t. 25. f. 1 - 19. *Ehrenb.* An bene dictincta species?

4. *atro-purpureum*, glabrum atro - purpureum. *Obs. Mycol. 2. p. 62. t. 3. f. 5.*

Clavaria atro - purpurea. *Batsch. El. fung. t. 2. f. 48.*

Rarius in graminosis occurrit. Stipes satis crassus fibrilloso - squamulosus. Clavula passim divisa, et nonnunquam ob nimiam humiditatem aut congelatione valde difformis fit.

5. *viride*, gregarium subfasciculatum viride, stipite squamuloso. *Comment. de fung. clav. p. 40.*

G. *viride*, fasciculatum, clavula olivacea, stipite squamoso subaeruginoso, sporidiis fusiformibus: sporidiolis duobus. *Ditmar in Sturm Fung. germ. p. 97. t. 48.*

Clavaria viridis. *Holmsk. l. c.*

α. aeruginosum. Mycol. Hefte, 1. p. 104.

Hab. autumno in sylvis, et hic locus ei est peculiaris. Pulchra ceteroquin species, magnitudine mediocris.

Obs. Geogl. viride *β. atro-virens.* Mycol. Hefte l. c. forsan ut species distinguenda, cum in pratis humidis crescat et stipes squamulis denudatus sit.

6. *olivaceum*, sparsum ex olivaceo subfuligineum clavula acuminata stipite sublongiore *Obs. Mycol. 1. p. 46. t. 5. f. 7. Mycol. Hefte, l. c. p. 103.*

Hab. in graminosis, pascuis, vel in pratis muscosis. Stipes glaber. Pileus compressus, subplicatus. Stipes flavo-fuscus, glaber, basi albicans. Color fungi junioris dilute fuscus, senioris atro-virens fere. *Mycol. Hefte p. 104.*

7. *difforme*, nigrum viscosum, clavula nitente compressa demum curvata difformi. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 159.* †

Hab. in Sueciae pinetis, locis graminosis. Clavula junior subcanaliculata. An satis diversa a sequente?

8. *glutinosum*, subfasciculatum nigricans, clavula subelliptica, stipite viscosa. *Syn. fung. p. 609.*

In montosis graminosis apricis, rarius in sylvis.

β. lubricum, totum viscosum, clavula elliptica nigra, stipite atro-brunneo.

Hab. in Vogesia. Clavula etiam est viscosa.

9. *viscosum*, subparvum angustum viscosum nigrum, clavula tereti confluente. — *Syn. fung. l. c.*

Hab. in pratis montosis et uliginosis in Germania et Suecia. A reliquis speciebus habitu valde differt, cum clavula a stipite vix distinguatur.

†† Helvellae *propriae, pileo (mitra) distincto, submembranaceo a stipite separato.*

LI. Spathularia. *Pileus* membranaceus, clavulaeformis, compressus, latere utrinque in stipitem decurvens. (*Sporae* elastice prosiliunt).

1. *flavida*, flavo-pallens. *Comment. de fung. clav. p. 34-36.*

* δ. *flavida*, albido-lutescens, clava oblonga obtusa. *Nees Syst. 2. p. 44. t. 17. f. 156.*

Clavaria spathulata. *Flor. Dan. t. 658.*

Helvella spathulata. *Sowerb. fung. t. 35.* (optima).

Nascitur in sylvis, equidem non communis fungus est, et, uti videtur, solum in regionibus Europeae septentrionalibus occurrit. Plerumque in seriem oblongam, vel circularem aggregatus, recens albidus aut aquose pallidus,

fragilis, et sporulas, uti sequentia genera, vi elastica emittit.

** *rufa*, clava obovata, margine undulata. *Nees l. c. f. 13. Schmied. ic. et Anal. pl. 50. f. 1.*

Prope Erlangam a b. Schmiedelio reperta. Pennaeformis rufa, magis compressa. Saltem insignis varietas.

LII. Leotia. *Pileus* ovatus aut orbicularis, margine libero stipitem ambiens.

* *Carnosae, colore plerumque flavescentes aut rubicundae.*

1. *circinans*, carnosa (majuscula) rufo-cinnamomea, pileo orbicularia convexo. — *Icon. et Descr. fung. p. 16. t. 5. f. 5-7.*

Hab. in Germania et Helvetia in abiegnis, ad terram saepius in circulum crescens. Pileus juniorum subviscosus, pallide lividus; 3-4 lin. latus, margine subundulatus. Stipes fuligineus, basi subnigrescens.

* *gracilis*, minor, pileo orbiculari rufo-cinnamomeo, stipite longo subpubescente aut farinaceo, dilute fuligineo. †

Ad ramulos exsiccatos crescens prope Neocomium reperta a D. *Chaillet.*

Obs. Antecedente ultra dimidium minor, et stipitem multo longiorem et vix lin. 1. crassum habet. Color convenit. Nisi species, va-

rietas tamen memorabilis sine dubio est, antecedentem cum sequente connectens.

2. *Mitrula*, gregaria minuta, pileo ovato cinnamomeo. *Icon. pictae fung. Fasc. 4. p. 54. t. 22. f. 5.*

β. Leotia *pusilla*, cinnamomea, stipite gracili glabro, clavula ovata obscuriore. *Nees Syst. p. 44. t. 17. f. 160. Conspect. fung. var. γ. p. 295.*

Elvela cucullata. *Batsch El. fung. p. 189. f. 132.*

Mitrula Heyderi. *Disp. meth. fung. p. 36. t. 3. f. 12.*

In foliis aridis Pini Abietis. Sero autumno. Hujus generis forte minutissima, nonnullas lin. tantum alta.

γ. strobilina, submajor, capitulo subrotundo pallido unicolore. *Consp. fung. p. 296.*

Haec strobilo vetusto Pini *sylvestris* innascitur.

3. *truncorum*, gregaria carnosa parva, pileo hemisphaerico aureo, stipite albo squamuloso: squamulis glauco - nigricantibus. *Conspect. fung. p. 297. t. 3. f. 2.*

Cresc. in Lusatio superiore, rarius supra truncos lignaque madentia. Majo — Junio.

Gregaria, cespitosa, carnosa, subtenera. Pileolus 2 lin. latus, 1 altus, orbicularis, subtus flavidus vel albidus; exsiccatus aurantio-ru-

ber. Stipes subtenuis satis firmus, glaucescens, arefactus nigrescit 4 lin. altus. *Consp. l. c.*

4. *clavus*, sparsa, pileo majusculo haemisphaerico flavo-rubro, stipite fuligineo-virescente (subolivaceo), deorsum attenuato. *Tab. XI. Fig. 11-12.*

Hab. ad ligna pinea, in rivulis, in Vogesia. *Mougeot.*

Substantia firmula. Pileolus semiglobosus, pro ratione stipitis satis magnus. Stipes laevis vix squamulis obtectus, exsiccando nigricat.

Obs. Helotium *nigripes*, sparsum minutum, pil. primo plano, demum convexiusculo, margine subrepando, hymenioque convexiusculo flavo, stipite brevi cylindrico, apice subdilatato fuligineo-nigricante. *Schum. Saell. 2. p. 412.* (ad asseres putridas. Novembr.) nostro fungo affinis videtur.

5. *uliginosa*, gregaria flavo-cinnamomea, pileoli margine cum stipite connato.

α *Bulliardi*, pileo ovato aut subrotundo. *Syn. fung. p. 612.*

Clavaria Phalloides. *Bull. p. 214. t. 463. f. 3.*

Clavaria *epiphylla*, clavata integerrima, capite obtuso cavo rubro. *Dicks. Pl. Crypt. 3. p. 32. t. 9. f. 10. Sowerb. fung. t. 293.*

β. *Ludwigii*, pileo subconico plicato elongato obscure flavescente, stipite deorsum nigrescente (?). *Syn. fung. p. 611. t. 3. f. 10.*

Hab. sero autumno in paludosis, ad stipites et folia putrescentia saepius aquis pigris innatantia. Majuscula unc. 1 - 2 longa, lin. 2 - 3 crassa. Affinitatem quandam prae se fert cum *Spathularia*. Var. *β*. in ipso loco natali denuo observari meretur.

* *aurantiaca*, pileo exiguo convexo aurantiaco carnoso - gelatinoso, stipite albo - rubescente fistuloso. *Cumino Fung. Vall. Pisii Specim. in Act. Acad. Scient. Taurin. 1805. p. 221.* sub Helvella.

Supra truncos et ramos putridos in fontibus aut rivulis degentes vere et aestate. Pileus magnitudine lentis, vel duplo major, subtus stipiti concolor. *Cumino.*

** Cucullaria. *Tremellosae aut carnoso - gelatinosae, terrestres, colore obscuri, fuscescentes olivaceae aut virescentes. Pileo brevi subpatulo.*

6. *lubrica*, flavo - virens tremellosa, pileo convexo - plano, margine undulato, stipite crassiusculo cylindrico. *Tab. IX. fig. 4 - 7.* (varietates).

Clavaria tremula. *Holmsk. Coryph. 1. p. 27.*

Phallus lubricus. *Flor. Dan. t. 719.*

Hygromitra tremula. *Nees System. t. 15. f. 144.*

Helvella gelatinosa. *Sowerb. t. 70.* (Var. duplo major, subrufescens, stipite longo).

Aestate et autumno non infrequens in sylvis, aut in graminosis ad latera sylvarum.

7. *marcida*, flavo-virens subtremellosa, pileo planiusculo repando, stipite deorsum attenuato. *Comment. de fung. Clavaef. p. 32. Syn. fung. l. c.*

Phallus marcidus. *Flor. Dan. t. 654. f. 1.*

Hab. in Norwegia. Descriptio adhuc desideratur.

8. *atro-virens*, gregaria parva atro-virens, pileolo orbiculari patulo, stipite aequali crassiusculo. *Tab. IX. fig. 1 - 3.*

Hab. in Vogesia in sylvis ad vias, locis humidis. *Mougeot.* Subcarnosa.

9. *platypoda*, minima tremellosa subtenax, pileolo fusco plicato - undulato, stipite compresso sordide albo. †

Helvella platypoda. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p. 29.*

Hab. ad terram prope Grasse in Provincia. Sex lin. solummodo alta. Pil. irregulariter plicatus seu undulatus, margine subreflexus. *Dec. l. c.*

LIII. Verpa. *Pileus* submembranaceus, aut carnoso-membranaceus, a stipite distans. *Hymenium* rugulosum, (non areolatum) vel laeve.

1. *digitaliformis*, gregaria, pileo campanulato subcylindrico, digitaliformi umbrino, stipi-

te transversim squamuloso. *Tab. VII. fig. 1-3.*

Hab. tempore vernali in sylvis prope Neocomium (Neufchatel in Helvetia). *Chaillet*, qui icones hujus speciei benevole communicavit.

Pileus, qui interdum in fungo valde adulto aut luxuriante, etiam hemisphaericus est, 3-4 lin. altus, totidemque fere latus, aqua emollitus, sub lente reticulato-rugulosus, sed non alveolatus, in sicco subasperatus, inferne laevis, pallidus aut subalutaceus. Stipes 1½-2 unc. longus, 3 lin. crassus, cylindricus, intus cavus, flaccidus, transversim undulatus.

2. *Agaricoides*, subsolitaria, pileo campanulato subplicato fuscescente (dilute badio), stipite laevissimo pallido. *Tab. VII. fig. 4. 5.*

Morchella agaricoides. *Decand. Syn. pl. Gall. 2. p. 213.*

Crescit passim, vere, in sylvula Boloniensi prope Parisios.

Pileus ½ unc. altus et latus, demum corrugatus. Stipes ad 3 unc. longus, 2 lin. crassus, fistulosus, in adultis deorsum communiter incrassatus, pallidus.

3. *candida* (leucopus), pileo nigro, stipite albo. *Swartz in N. Act. suecicis. 1815. t. 4. Liljeblad Flor. suecica, edit. 3tia. Upsal. 1816.*

Hab. in Sueciae muscosis. Pileus campanulatus, margine revoluto, pallidiore. Stipes inflatus, fistulosus.

4. *conica*, pileo campanulato acuto, margine subsinuato fusco, inferne stipiteque flavo. †

Phallus conicus. *Flor. Dan. t. 654.*

Helvella Relhani. *Sowerby. Fung. t. 11.?*

Hab. in Dania, Germania et Anglia? Stipes cylindricus. Pileus sublaevis. Magnitudine antecedentium.

LIV. MORCHELLA. *Pileus* carnoso-membranaceus campanulatus aut ovatus (passim teres) alveolis forma regularibus lacunosus.

* *Pileo basi a stipite libero s. patulo.*

1. *Gigas*, magna, pileo patulo, areolis oblongis rhomboidalibus, stipite squamuloso deorsum incrassato. — *Michel. N. Gen. pl. p. 202. t. 84. f. 1.*

Phallus Gigas. *Gmel. Syst. vegetab. 2. p. 1448. Ventinat. in Act. Instit. Gallici. 1. p. 508.*

Hab. in Italia, vere, in locis arenosis, etiam circa fossas. *Mich.*

Ex maximis. Stipes conicus, subcrassus, leucophaeus. Pil. 4 unc. altus, a stipite longe distat.

2. *undosa*, submagna, pileo conico, areolis obliquis amplis undulato-crispis, stipite reticulato. *Gmel. l. c. sub Phallo.*

Phallus crispus. *Ventin. l. c. p. 512.*

Phallo-Boletus exculentus, pileo ampliore, rufescente et crispo, pediculo leucophaeo fistuloso striis reticulato insignito. *Micheli p. 203, n. 2. t. 84. f. 2.*

Varius in locis crescit ad rudera, in Italia. Formam parum insoletam prae se fert. Stipes etiam alveolatus apparet.

3. *Rete*, subparva, pileo ovato obscure fulvo, areolis regularibus rhomboidalibus, stipite sublongo albo-pallido glabro. *Gmel. l. c. p. 1449.*

Phallo-Boletus pileolo parvo conico ex fulvo subobscuro, pediculo leucophaeo. *Mich. p. 203. no. 3. t. 84. f. 3.*

In Italiae populetis aut juxta fossas prope Mezzana. *M.*

Magnitudine media et forma quadam grata est. Stipes inverse clavatus. Pil. a stipite longe distat.

4. *fusca*, pileo subrotundo obscure fusco, areolis costis majoribus rectis subparallelis, stipite longo fuligineo-albido.

Unica tantum vice ad asseres, initio Aprilis, prope Parisios hunc fungum reperi, cujus pileus brevis est, fere membranaceus spadiceus. Stipes 3 unc. altus, 1 unc. crassus, laevis, subflaccidus.

5. *crassipes*, pileo brevi acute conico flavescente, areolis costis primariis parallelis, stipite longo crasso albido. †

Helvella hybrida. *Sowerb. fung. t. 238.*

Hab. in Anglia. Stipes, secundum iconem, 4 unc. longus, cylindricus, laevis, 1 unc. crassus. Pil. vix unc. ½ altus et totidem fere crassus.

6. *mesomorpha*, flavescens, pileo campanulato basi a stipite longe distante, stipite subcrasso cylindrico, areolis rhomboidalibus. †

Morchella patula. *Syn. fung. p. 619.* (non *Gmelini*).

Helvella esculenta. *Sowerb. t. 51.* fig. media).

Hab. in Anglia. Magnitudine media. Pil. valde regularis, tenuis. Areolis conformibus. — Extra Angliam forsan nondum detecta; saltem specimina, mihi sub hoc nomine missa, et a nonnullis autoribus germanicis ita descripta, ab *esculenta* s. vulgari specie, quo etiam Phallus *patulus* Gmel. et Morchella *patula* Grattinnick? referendus omnino videtur, haud diversa fuerint.

** *Pileo basi stipitem arcte ambiente.*

7. *esculenta* (vulgaris), pileo subrotundo seu ovato, basi contracto albido - pallido, areolis excavatis subrotundis. — *Synops. fung. p. 618.*

Phallus esculentus. *Linn. Schaeff. t. 199. Bull. t. 218. f. a - d. Sowerb. t. 51.* (fig. sinistra). *Bolton. t. 91.*

β. *grisea*, griseo - fuliginea subnigrescens, areolis subpolygoniis. — *Sowerb. t. 51.* fig. dextrae? *Mich. t. 85. f. 2.? Batarra Fung. Arimin. t. 2. fig. f.*

Utilis haec species in pluribus regionibus vulgaris est, praesertim α, cui stipes albus et basi subdilatatus, et areolae subflexuosae, profunde excavatae sunt; an β. forte species distincta? areolae saltem in fig. *Sowerbeana* fere quadrangulares pictae.

Obs. Stipes in omnibus hujus generis speciebus, quae fungi *vernales* sunt, cavus, nec *farctus* quomodo hoc in *Synopsi* minus recte est adnotatum per inspectionem nimirum *fig. cl. Sowerby*, ubi cavitas, ratione aliarum specierum, vix perspicuus apparet.

* *pubescens*, minor pallida, pileo subovato, areolis magnis patulis, stipite pubescente.

Obs. Prope Neufchatel, in Helvetia, in sylvis Juratensibus communis, atque cum priore in usum oeconomicum colligitur. Stipes, in specimine a D. *Chaillet* transmisso, multo tenuior, vix 3 lin. crassus et pubescens, et areolae multo majores sunt quam in vulgari.

8. *conica*, pileo tereti - conico sublongo umbrino, areolis costato - rhomboideis, stipite bre-

re albido. *Traité sur les champ. comestibl. p. 257. Schaeff. t. 199. f. 1-3.*

Morchella contigua. *Trattin. Fung. austr. t. 6. f. 11.*

Hab. in Germania et Gallia.

Pileus unc. 1½ altus, sed vix ½ unc. crassus. Areolae costas seu plicas efficiunt longitudinales subparallelas, rugis transversalibus connexas. Stipes subscaber.

β. *metheformis*, pileo conico umbrino, areolis perpendicularibus costato-reticulatis subrhomboideis.

Morchella costata. *Schmidt et Kunze, Fung. german. exsiccat. Fasc. 8. no. 195.* (exclusis synonymis).

Boletus esculentus in metam fastigiatus. *Tournef. et Mich. Gen. pl. p. 203.*

Phallus patulus *Schrank et Gmelin?* Conf. Commentarium in Schaeff. p. 81.

Obs. A sequente specie, qui duplo major et colore diversa est, omnino diversa videtur, licet forma areolarum non valde recedat. Sed stipes etiam subtenuis est et brevis, superficie farinaceus.

9. *costata*, magna, pileo longissimo conico, areolis costis rectis subparallelis anastomosantibus, stipite crasso cylindrico.

Phallus Anastomosis. *Gmel. Syst. 2. p. 1449.*

Bole-

Boletus esculentus compressus, dense foraminulatus et per longitudinem costatus, e cinereo virens, pediculo crassiore albo. *Mich. N. Gen. p. 203 no. 5. t. 85. f. 3.*

Provenit in Italiae agris. Spithamam fere longa et plus quam 2 unc. crassa. Stipes crassitudine ipsius pilei, albus.

10. *rimosipes*, pileo conico basi cubcontracto, stipite elongato rimoso. *Decand. Syn. pl. Gall. p. 43. et Flor. Gall. 2. p. 214.*

Hab. in sylvis circa Fontainebleau.

Spitham. fere alta. Stipes crassus et praesertim versus basin fissuris longitudinalibus, fere ut in Helvella *Mitra*, distinctus. *Decand.*

† *Species sequentes dubiae, vix Morchellae.*

* *crassipes*, stipite inferne dilatato, superne attenuato, pileo (fusco) brevi celluloso acuminato. *Ventenat, Mémoir. de l'Institut. 1. p. 509. f. 2. Decand. l. c. p. 213.*

Hab., cum sequente, in Gallia, circa Pontchartrain.

* *tremelloides*, stipite brevi crassissimo, pileo (flavescente) celluloso lobato undulato. *Vent. l. c. f. 1.* sub *Phallo*, uti antecedens.

LV. Helvella. *Pileus* (stipitatus) membranaceus, subinflatus, deflexus, laevis, subtus farinaceus.

* *Stipite longitudinaliter sulcato.*

1. *Mitra* α *nigrescens*, pileo utrinque deflexo adnato, nigrescente livido, stipite farcto albicante. *Schaeff. Fung. t. 154. Nees Fung. f. 163.*

Helvella lacunosa. *Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 45. t. 24. Fries Obs. Mycol. 2. p. 301.*

β. *cinerascens*, minor, pileo pallide cinereo.

Helvella Mitra. *Bull. champ. t. 190.*

γ. *albicans*, tota albida submajor (β), stipite incrassato, (pil. adnato).

Autumno in sylvis satis communis, praesertim in solo arenoso; interdum quoque ad truncos marcidos crescit. Magnitudine et colore pro loco et aëris conditione variat. Stipes vero profunde sulcatus et lacunosus, et pileus utrinque adnatus, huic speciei character est proprius, quae sub diversis nominibus adhuc descripta occurrit. Helvella *sulcata* Willd. et Afzel. non differt, et H. *Monacella* Schaeff. et nonnullorum botanicorum, junior aut non bene evolutus fungus est, stipite magis cylindrico.

2. *leucophaea*, pileo utrinque deflexo libero albo-pallescente, stipite sulcato-lacunoso candido. *Syn. fung. p. 616. Schaeff. t. 282. Michel. Gen. pl. t. 86. f. 7.*

Helvella Mitra. *Sowerb. fung. t. 39.*

Boletus leucophaeus. *Batarra Fung. Arim. p. 25. t. 3.*

Cum priore, a qua pileo non stipiti adnato differt. Pileus superne albo-livescens, exsiccatus dilute rufescens, subtus dilute fuscescens, aliquando subcrispus. Stipes crassus, farctus. Haec species, uti, verosimile, reliquae hujus generis, edulis est.

3. *chrysophaea*, pileo expanso undulato irregulariter lobato fulvo-fusco, stipite albo ad medium sulcato.

Helvella reflexa. *Cumino Fung. vallis Pisii, in Act. Acad. Reg. Taurin. 1805. p. 250. t. 2.*

Hab. in montibus sub Fagis. Stipes basi attenuatus tubulosus, medium usque sulcatus. Pileus reflexus (uti fere in omnibus). *Cumino.*

4. *erythrophaea*, pileo stipiti adnato irregulariter lobato, stipite subsulcato (sulcis 1-2) dilute rubescente.

Helvella *inflata*, pil. stipiti adnato inflato fusco-rubro irregulariter lobato, stipite dilute rubescente fistuloso basi dilatato, 1-2 sulcato. *Cumino l. c. t. 3.*

Nascitur post pluvias circa areolas carbonarias in sylvis fagineis. *C.*

*** Stipite laevi, aut rariter lacunoso.*

5. *grandis*, pileo amplo 3-4-lobato fusco-pustulato, stipite albo laevi aut rariter sul-

cato (lacunoso?). *Cumino*, *l. c. p.* 250. *t.* 2.

"Primo vere, post pluvias in montosis sylvaticis crescit. Fungus magnus, nunc violaceus, nunc cinnamomeus, quandoque stramineus, aut fuscus, subtus albus. Stipes cavus. Edulis est, pretiosior Boleto *suillo*, aequiparatur Phallo *esculento*. Lin. et ejus loco venundatur sub nomine vulgari *Pungolo*." C.

6. *Infula*, magna, pileo inflato sublobato badio, stipite subtomentoso albo - rufescente. *Schaeff. t.* 159.

Provenit ad truncos, locis praesertim montosis et subalpinis, autumno. Ex magnis. Stipes laevis aut sublacunosus, pallens, etiam subgriseus, farinaceus. Pileus subobliquus, stipiti adnatus, 2 - 3 unc. magnus, brunneus.

Obs. H. Infula *β. terrestris* in Conspect. fung. p. 299. ad sequentem referri videtur.

7. *esculenta*, gregaria, pileo vario subdifformi plicato - gyroso badio, stipite subbrevi albido rufescente. *Schaeff. t.* 160. *Flor. Dan. t.* 116. *Conspect. Fung. Lusat. p.* 299.

Helvelle comestible. *Traité sur les champignons comest. p.* 260. *t.* 4.

Nascitur iisdem in locis cum antecedente, sed, uti Morchellae, tempore vernali. Pileus adnatus, nunc depressus, suborbicularis, patu-

lus; nunc deflexus, emarginatus, sublobatus, et tunc minus plicatus. Plicae gyrosae, subintestiniformes. Stipes cavus, brevis, glaber, incarnato-dilute rufescens.

Obs. Frequens venum fertur fungus edulis: *gemeine Morchel, Stumpfmorchel.* *Conspect. l. c.*

8. *leucopus*, pileo utrinque deflexo adnato, demum spadiceo, stipite glabro albo laevi.

Novam hanc speciem inveni, Aprilis initio ad aggeres sub arboribus, prope Parisios.

Habitu Helvellae Mitrae, paullo tamen minor. Pileus cum sub terra adhuc latet, est plumbeo-lividus, fungi adulti badius, exsiccati fere nigrescit. Stipes vix unc. altus, 3-4 lin. crassus, cylindricus, versus basin plerumque magna lacuna pertusa distinctus.

9. *albida*, subgregaria, albido-pallens, pileo liber subinflato subparvo, stipite longo farinoso. *Obs. Mycol. 1. p. 71.*

Helvella fuliginosa. *Schaeff. t. 220.* *Sowerby. t. 154.*

Helvella elastica. *Bull. t. 242. f. a — g.*

Jam ineunte autumno in sylvis frondosis sese offert.

Etiam ex Calabriae ulterioris nemoribus resinosis eam habeo; stipite paullo crassiore et breviore subpubescente quasi diversa et quae

ibi nota est sub nomine vernaculo *Tripa di pecore.* Stipes longus, sed tenuis, deorsum crassior, cavus, farinaceo-pubescens, basi saepius lacunosus. Fungus recens albidus, pallens, demum subrufescit, passim subfuligineus fit.

Obs. Sequentes duae Helvellae ni fallor vix ut species, ab hac diversae, aestumari possunt.

* *pulla*, subgregaria cinereo-fuliginea, pileo libero bilobato: lobis semilunaribus deflexis, stipite breviusculo subundulato, sursum attenuato fistuloso. *Schumach. Saell. p. 411. Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 49. t. 26.* (Figurae priores non differunt).

* *sublicia*, pileo convexo subplicato deflexo, stipite tereti subulato, basi subsulcato fistuloso. *Viborg - Holmsk. Fung. Dan. p. 57. t. 27.*

10. *nigricans*, parvula, e fuligineo nigricans, pileo libero utrinque compresso, stipite farinaceo cinereo. *Obs. Mycol. 1. p. 72. Michel. Gen. t. 86. f. g.* (vix differt).

Helvella atra. *Afzel. in Act. Suec. 1783. p. 298. Flor. Dan. t. 504. f. 1.*

Hab. jam mature in sylvis, locis umbrosis subhumidis, tamen minus commune. Pil. 3-4 lin. plerumque magnus, rarius ½ unc. Stipes sat longus 1½, hinc inde lacunosus, quasi pubescens, hinc inde lacunosus.

β? Helvella *atra*, pileo bilobato plicato deflexo libero, supra (?) hirto, inferne glabro, stipite basi subsulcato (lacunoso?) hirto solido. *Viborg in Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 471. t. 25.*

*** *Species accuratius determinandae.*

* *flavo-virens*, mitra (pileus) subrotunda plana lacunosa, basi compressa flavo-olivacea. *Nees Fung. 2. p. 45. f. 162.*

Cespitose in terra, locis subudis umbrosis crescit. Altitudo uncialis. Mitra 4-5 lin. aequat, basi undato-compressa, flavo-olivacea. Martius Flor. Erlang. p. 402.

Obs. Cum hi auctores nihil de fungi substantia commemorant, incertum manet, an idem ac Leotia *lubrica* sit, cujus habitum prae se fert.

* *fistulosa* (*incarnata*), pileo libero planiusculo repando demum deflexo, supra livido-fuligineo, subtus incarnato-rosello, stipite longiusculo laevi subundulato fistuloso sursum incrassato carneo. *Conspect. Fung. Lusat. p. 299.*

In sylvaticis udis muscosis, Octobri.

"Ad Pezizas forsan translocanda. Pil. subdifformis, primo planiusculus, subumbilicatus, dein deflexus, uncialis fere. Stipes debilis, 2-3 unc. longus. Substantia tenera fragilis." *Conspect. l. c.* Affinis H. *albidae?*

* *quinqueloba*, pileo nigro regulari quinquelobo: lobis deflexis, stipite subcrasso albo.

Boletus albus, pileolo complicato nigro. *Batar. Fung. Arimin. p. 24. t. 2. f. h.*

Pileus, secundum iconem, in lobos regulares partitur.

* *conformis*, pileo hemisphaerico regulari fulvo, stipite albo cylindrico.

Boletus pileolo *Monachi. Batarr. p. 25. t. 3. D.*

Autumno ad ripas crescit. Stipes cavus. Pileus membranaceus. *Bat.* Sensu systematico potius *Verpae* species esset.

LVI. Rhizina. *Pileus* (acaulis) effusus, subbullatus, immarginatus, subtus radiculis fibrillosis sparsis.

1. *undulata*, effusa undulata, subtus pallida. *Fries Obs. Mycol. I. p. 161. Schaeff. fung. t. 153.*

Helvella *acaulis*, undulata effusa spadicea, subtus fibrillosa pallida. *Syn. fung. p. 615.*

"Autumno humido in pinetis (etiam in sylvis frondosis): nunc loca adusta amat, nunc muscis pulvinatis, et graminibus, pileum passim perforantibus, superfusus occurrit hic fungus, substantia rigida, fragilis. Fibrae radiciformes crassiusculae, subsimplices albidae, saepe copiosae." *Conspect. fung. p. 298.*

2. *laevigata*, convexa laeviuscula (orbicularis), subtus pallida. *Fries l. c. p. 162.*

Peziza *rhizophora*, hemisphaerica convexa fusca inferne albida concava, radicibus simplicibus teretibus. *Reichard in Act. Nat. curios. Berol. 3. p. 214. t. 4. f. 4 - 6. Willd. Prodr. Berol.*

Octosphora rhizophora. *Hedw. Descr. Musc. 2. p. 15. t. 5 f. 2.*

Hab. rarius in sylvis. Priori valde affinis videtur. Circa Berolinum et in Suecia inventa.

* *praetexta*, carnosa suborbicularis subconvexa fusco-purpurea, limbo albo margine fibrilloso praetexta, subtus flavescens, fulcris concoloribus. *Ehrb. Sylvae Mycol. (Diss.) p. 29.*

Prope Berolinum in arenosis ericetosis ubi pauca specimina lecta ab auctore citato.

††† *Pezizoideae, plerumque parvulae, minus stipitatae, concavo - hemisphaericae, substantia sat variae.*

LVII. Peziza. *Pileus (cupula)* hemisphaericus (plerumque), plerumque excavatus, substantia varius. Thecae in hymenium (saepius discolor) aggregatae, sporulis 6 - 8 farctae.

* *Elvela* veteriorum (*Helvelloideae* Syn. fung. *Pruinatae* Nees. *Aleuria* Fries). *Majores, ceraceae fragiles plerumque, glabrae, externe squamulis farinaceis adspersae.*

* *Stipitibus crassis, sulcis longitudinalibus exaratis et sub cupulis ramificatis.*

1. *Acetabulum*, magna infundibuliformis fuliginosa, stipitis longi sulcis in cupula costato-ramosis. — *Vaill. Bat. Paris. p. 57. t. 13. f. 1. Bull. champ. p. . t. 485. f. 4. Sowerb. fung. t. 59.*

Hab. rarius in umbrosis. Vaillant omnium primus uti videtur, detexit hanc speciem Versaliis, medio Aprilis. Etiam in Anglia crescit, et in Germania *Gleditsch* (Method. fung. p. 42.) sed diversas pro more commiscuit species. Stipes albus.

2. *contorta*, submagna, cupula imbricatim contorta stipite crasso simpliciter sulcato.

Boletus pileolo spiralibus plicis contorto. *Batarra Fung. Arimin. hist. p. 24. t. 2. f. 9. Michel. N. Gen. pl. p. 204. no. 4.?*

In Italiae nemoribus humidis provenit. Pedunculus albus, cavus et quasi ex funiculis compositus. Pileolus rufus et in plicas, in modum contortus. Substantia veluti cerea. *Batar.*

3. *caelata*, cupula hypocrateriformi fulva, stipite albo: costis subconnatis apice breviter ramosis. *Batar. l. c. p. 25. t 3. c.*

Supra folia quernea putrida. Autumnalis. — Pedunculus albus, cavus, striatus. Pileolus calyciformis, fulvus. *Bat.*

4. *sulcata*, ex albido - pallens, minor, stipite sulcato, cupula subtus laevi. *Syn. fung. p. 643. t. 5. f. 1. Consp. fung. p. 313.?*

Cresc., vere, in sylvis fagineis, locis apricis. Stipes unc. 1. longus, 4 lin. crassus. Cupula hypocrateriformis, lin. 1 alta, sed 4 - 6 lin. lata.

5. *leucomelas*, solitaria minor tota alba, stipite crasso interrupte sulcato, cupulae disco nigrescente. †

Hab. in Gallia. Stip. terrae ultra dimidium infossus videtur, et ejus costae non usque ad cupulam adscendunt. Antecedenti ceterum similis, cujus an varietas: disco per exsiccationem aut aliam rationem colore mutato.

6. *ancilis*, submagna griseo - brunnea integra, stipite brevissimo apice costato - diviso: ramulis crassiusculis cum cupula coalitis.

β. clypeata, parvula subplana nigrescens, stipite sub cupula subquadrifido.

Hisce in sylvulis ad terram, Majo, inveni hanc speciem sat memorabilem.

Stipes subtuberosus, sub terra fere absconditus, nonnullas lineas longus, sub cupula ad medium in ramos sex praecipuos dividitur: ramis divergentibus tumidis, medio canaliculatis. Inter unamquamque divisionem seu costam, lacunae adsunt profundae et latae, plicato - rugo-

sae, albae. Cupula 2-3 unc. lata, valde fragilis, externe farinosa, basi albicans. Sequenti proxima: β. forte junior fungus, vix tres lin. latus.

7. *venosa*, subcontorta sessilis majuscula, superne umbrina, inferne alba, venis costato-ramosis. *Syn. fung. p. 618.* †

Elvela *cochleata*, coriacea acaulis hemisphaerica auriformis subcochleata, supra ex fusco nigra, subtus alba, venis costato-ramosis. *Wulfen in Jacq. Miscel. Austr. p.* 112. *t.* 17. *f.* 1.

Hab. in Austria. Substantia ceraceo-cartilaginea. Cupula primum subrotunda hians, sensim explanata, integra aut etiam lobata et veluti crispata, subtus ex centro venae nonnihil extantes. Ultra unc. lata. *Wulf.*

†† *Otidea*, *cupula uno latere incisa saepius convoluta aut in formam auricularem producta, sessilis.*

1. *umbrina*, magna caespitosa fragilis contorta obscure umbrina. *Syn. fung. p. 638. Bull. t.* 154. *f. a. Sowerby. t.* 5. *Schaeff. t.* 274.

Provenit in regionibus praecipue arenosis, tam in sylvis, quam in graminosis, imo ad latera fossarum, aestate et autumni initio. Magna, fragilis.

2. *geochroa*, magna solitaria alutaceo-cinerea convoluta, interne basi tuberculosa albida, radice crassa horizontali.

In sylvis prope Parisios, sed unica vice hunc fungum reperi.

Cupula $1\frac{1}{2}$ unc. alta, $\frac{3}{4}$ unc. lata, externe squamulosa, deorsum terreo - fuliginea, fragilis, radicem oblongam subtuberosam terra tomentoque involutam exserit. Primo intuitu sequenti similis.

3. *alutacea*, caespitosa contorta, externe albida, intus pallescente - fuliginea, stipite vix ullo albo - tomentoso. *Syn. fung. p. 638. Bull. l. c. t.* 154. *B.*

P. cochleatae, var. *α.* *Batsch El. fung. cont.* 1. *p.* 223. *t.* 28. *f.* 157. sat bene convenit, sed integerrima depicta.

β. Elvela ochracea. *Schaeff. t.* 155.

Nascitur satis copiose autumno in sylvis subumbrosis. P. *umbrina* minor, nec ita fragilis.

4. *fuliginea*, gregaria majuscula demum subconvoluta, interne plumbeo - fuliginea subnigrescente, externe grisea. †

Inter muscos mihi obvia, forma antecedentis, sed colore exacte Helvellae *Mitrae*, in cujus societate eam inveni, terrae subinmersa. Primo integra, auriculiformis seu obliqua, demum uno latere incisa subconvoluta, $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ unc. lata, 4 lin. alta.

5. *concinna*, cespitosa magna fragillina, exter-

ne citrina demum rugulosa, intus incarnato-pallida.

Helvella vesiculosa. *Bolt. fung. t.175.*

Elvela scutellata *Schaeff. t.150.* et Elvella pyxidata. *Schaeff. t.236.?*

Pulchra haec species mihi sese obtulit sub finem Julii, post pluvias continuas, inter congeriem foliorum quercuum, in sylvula Vincennes prope Parisios, plures cespites sibi approximatos sistens. Individua majora latitudine erant palmari. Valde fragilis, exsiccando rugulosa, basi ubi terrae incumbit, albo-villosa. Non confundenda cum Pez. *onotica.*

6. *aurantiaca*, caespitosa contorta fragilis aurantiaca, externe albida. *Obs. Mycol. 2. p. 76. Flor. Dan. t.657. f.2. Schaeff. t.148.*

Peziza coccinea. *Bull. t.474. Sowerby, t.78.*

Autumno praesertim in quercetis, in seriem aut in circulum crescit; 2 unc. magna, fragillina, diutius fumans, pulcherrima.

7. *onotica*, magna dimidiato-elongata pallescente-rosea, interne plicato-rugosa. *Syn. fung. p.617.*

Peziza leporina *Sowerb. fung. t.72.*

P. *onotica*, pileo substipitato auriformi buxeo roseo, extus basi stipiteque tomentoso eborino (eburneo), sporidiis octo oviformibus;

sporidiolis duobus. *Ditmar in Sturm Fung. Germ. p. 33. t. 16.*

P. *rosea*, submagna subcespitosa auriformis convoluta, basi coarctata substipitata, intus carneo - rosea, extus pallida. *Schumach. Saell. p. 416.?*

Hab. in sylvis frondosis, sed rare et plerumque solitarie crescit. Cupula firma, oblique aperta, auriformis, passim quoque sacciformis, substipitata. Magnitudine, colore, et loco natali praecipue a sequente differt, cum qua saepius confunditur.

8. *leporina*, gregaria cinnamomea dimidiato-elongata auriformis, intus laevis. — *Batsch El. fung. p. 117. Schaeff. t. 156. Flor. Dan. t. 1078.*

Peziza cochleata. *Holmsk. Fung. Dan. 2. t. 6. f. e.*

In pinetis non infrequens. Substipitata, etiam et subintegra occurrit, fragilis, vix unc. 1 - 1½ alta, basi tubiformis.

9. *felina*, solitaria dimidiato - elongata auriformis cinerea. †

Semel eam his in locis ad latera sylvae *Meudon* observavi, magnitudine intermedia inter duas antecedentes, ab utraque, colore differt griseo; forma magis ad P. *onoticam* accedit. Ex vivo denuo describenda.

10. *sepulchralis*, gregaria alutaceo-fusca, primo oblonga obtusa, verruccis acutis obsita, dein obconica, disco plano (uno latere) in cupulam dilatatam irregularem transeunte. *Rebent. Prodrom. Flor. Neomarch. p. 384. t. 4 f. 18.*

In caemeterii tumulis, prope Berolinum, mense Februario singularis haec species detecta fuit ab auctore, qui sequentem, in libro cit. dat descriptionem:

Polymorpha: primo oblonga, obtusa, more *Lycoperdi* verrucis acutis obsita, dein obconica, extus lacunosa, disco plano marginato. Margo sensim expanditur in cupulam irregularem unc. circiter latam. Radiculae (sat multae) fibrosae longae albae.

††† *Cupula integra, sessilis aut stipitata stipite laevi. (Geopyxis).*

11. *lancicula*, acaulis cespitosa, cupulis externe dilute fuscis subolivaceis, ore contracto. *Rebent. l. c. p. 384.*

Hab., autumno, ad fossarum latera. Cupulae 2 - 4 et ultra latae, 2 lin. altae, intus glabrae (laeves), extus rugosae, ore integro ad unum latus saepius hians. *Reb.*

12. *badia*, subacaulis integra, margine subinvoluta intus badia, externe subolivacea, stipite brevissimo albo-tomentoso. *Obs. Mycol.*

col. 2. p. 78. Syn. p. 639. Fries Obs. Mycol. 1. p. 16.

Peziza cochleata. *Bolt. t. 90.*

In sylvis, 1½ unc. lata, sublacunosa, basi farinosa. Non confundi debet cum Pez. *umbrina.*

15. *bufonia*, magna spadicea, externe verrucosa, stipite brevi pallescente radicato.

Rarissime in sylvis subhumidis, sero autumno. Saepe fragilis, hinc incertus sum, an cupula semper integra, aut latere incisa sit. Ceterum magnitudine et colore cum P. *umbrina* concordat, verum externe non farinosa, sed verrucis conicis, submollibus ubique obsita. Externe colore opaca, terreo-fuliginea.

14. *granulosa*, solitaria submagna, primo hemisphaerico-concava, demum explanata subrugosa sessilis, intus umbrina, extus dilutior, margine granuloso crenata. *Schumach. p. 415.*

Rarius in faginetis ad terram, in Dania. Septembr.

15. *papillosa*, acaulis subglobosa dilute fusca, externe papillis atro-fuscis obsita, margine crenato. *Reichard et Flor Wetteravica. 3. part. 2. p. 374.* †

Crescit in Wetteravia in terra humosa hortorum, autumno.

16. *plicata*, acaulis majuscula subglobosa griseo-cinerea, externe subfurfuracea, interne livescente, ore subplicato.

Eam reperi, mense Novembri, ad terram in sylvula *Romainville* procul Parisios. Quadantenus formam habet et colorem Pezizae *floccosae Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 223. t. 28. f. 156.*; sed individua juniora, meo in fungo, globosa, nec obovalia erant. Adulta semunciam magna, cerea, fragilis. Sequenti forte nimis affinis.

17. *spurcata*, gregaria majuscula sordide alba, seu subfuliginea, externe farinacea, cupula margine integerrimo.

Hab. in sylvis locis adustis, aestate.

Sessilis, ½ unc. magna, fragilis, grisea, cupulae margo quasi striatus et magis farinaceus, sed non crenatus, uti in sequente, cui haud dissimilis.

18. *pustulata*, sessilis fusca, extus furfuraceo-pustulata. *Syn. fung. p. 646. — Batsch. El. fung. p. 223. f. 157.* †

Octospora pustulata. *Hedwig Musc. frond. t. 6.*

In pinetis et ad fossas. Unc. ½ lata.

19. *crenata*, sessilis parvula subsolitaria albido-pallens tenera, cupula subventricosa, margine crenato. *Obs. Mycol. 2. p. 79. Bull. t. 396. f. 3.*

Post pluvias aestivales mox apparet in sylvis umbrosis ad terram; magnitudine et forma cupulae glandis quercinae. Primo alba.

20. *ampliata*, solitaria glabra fuligineo-fusca ore amplo campanulata. *Icon. et Descr. fung. 2. p. 31. t. 8. f. 6.*

Hab. ad truncos. Externe fere glabra, carnosa, fragilis. Color internus subcinnamomeus externe pallidus.

21. *micropus*, majuscula pallescente-fuliginea, cupula subobliqua flexuosa, extus furfuraceo-granulosa, stipite brevi subcrasso. *Icon. et Descr. p. 30. t. 8. f. 3.*

In truncis nascitur perraro, aestate. Cupula subinfundibuliformis, latitudine circiter unciali, parum fragilis.

* *gemmata*, subgregaria sessilis sphaerico-depressa, ore repando subinvoluto, sordide pallida, extus granulis umbrinis obsita. *Schumach. Saell. p. 421.*

Vere in trunco putrido Fagi, in Dania.

22. *lacera*, majuscula subcaespitosa sessilis, cupulis tenuibus (submembranaceis) saepius laceris, externe fusco-terrea (dilute umbrina) dense farinacea, intus albida.

Hab. ad ramos coryleos. Ehreberg. ½ unc. et ultra lata, fragilis, stipite videtur carere;

sed externe uti in quibusdam Lycoperdis farina grossa obtecta.

23. *carbonaria*, stipitata subparva ochraceo-rufescens, cupula ventricosa margine farinoso crenato. *Conspect. fung. Lusat. p. 314. t. 4. f. 2.*

Occupat loca adusta sylvatica ibique carbonibus vetustioribus innascens. Statura variabilis, latitudine a 3 - 6 lin., intus viridius picta, deinde magis dilatata et unicolor, ob substantiam teneram saepe varie incisa. *Consp.*

24. *Marsupium*, subgregaria acaulis albido-glauca dein pallescens subglabra ore connivente flexuosa. *Syn. fung. p. 641.* (Exclus. Synonym.)

Elvela auriformis. *Hoff. veg. crypt. 2. p. 10. t. 5. f. 3.?*

Aestate post pluvias in sylvis frondosis ad terram nudam, in Germania; valde concava, hinc alta, basi intus tuberculosa, unc. fere magna.

25. *vesiculosa*, gregaria sessilis magna, primo globosa ore connivente dein campanulata pallide fuscescens, demum subincisa, ad basin albo-tomentosa. — *Sowerb. fung. t. 4.*

Peziza cerea et P. vesiculosa *Bull. hist. 1. p. 270. t. 44. et 457. f. 1.*

Oritur fine hyemis, in hortis ad fimeta

vetusta equina, dense plerumque caespitosa, et stipitem quemdam tomento albo involutum intra fumum protrudit.

Obs. Sequentes tres forma et loco nimis affines ut tantum varietates videantur.

β. coriaria, magna subgregaria albo-fuliginea, externe grumoso-granulosa subcaulescens basi albo-tomentosa, margine primo involuta repando-diffusa et fuscescens.

In ipsis hybernaculis plantarum, lignis pulverem coriariarium includentibus increscens, primo vere. Latitudine propemodum est palmari, ob locum forsan magis faventem, magisque explicata.

γ. isochroa, minor cespitosa sessilis tota alba glabra, cupula ventricosa margine integerrimo.

Provenit quoque in Caldariis sed supra ipsum pulverem coriarium.

Forma gaudet quadam grata, regulari, quae vero in valde adultis deprimitur. Si plura individua sociata sunt, tunc ob mutuam compressionem angulata sunt. Substantia crassiuscula, sed fragilis, latitudine 4 lin. et altitudine 2-3 lin.

δ. turbinata, acaulis caespitosa magna turbinata albo-grisea, ore subcontracto crenato.

Syn. fung. p. 636. Nees System. t. 38. f. 257.

P. *coronata*, inverse ovata ventricosa albo-grisea margine erecto dentato. *Batsch. El. fung. p. 121.*

Fungoides pyri inversi forma ore lacero et veluti coronata ex albo griseum. *Michel. Gen. p. 207. t. 86. f. 2.*

Cresc. in fimo equino tempore brumali. *Mich.* Haecce distinguitur forma obconica, cujus margo dentibus magnis erectis munitus est.

26. *incisa*, magna gregaria subcyathiformis substipitata, margine laciniato: laciniis erectis et reflexis inaequalibus, intus umbrina, extus dilutior. *Schumach. Saell. 416.* P. vesiculosa.

In fagetis, autumno, in vicinitate arborum caesarum. *S.*

27. *sphacelata*, solitaria aut gregaria subventricosa fusco-pallida, basi plicata, margine erecto duplicato-crenulata: crenulis sphacelatis, stipite brevi bulboso. *Schum. Saell. p. 419.*

Hab. in Dania ad terram rarius, in graminosis et in vicinitate truncorum. *S.*

Obs. Auctor citavit ut synonymem sequentem fungum, sed hujus figura cum ejus phra-

si non respondet. P. *crenata*, quam etiam allegant, aliis fungus est.

* *Catinus*, substipitata globoso - campanulata, limbo repando, externe pallide ochraceo punctisque fuscis notata, interne fusco - ochraceo Viborg. — *Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 22. t. 8.*

Hab. in Dania ad ligna putrefacta.

28. *coronata*, sessilis magna cyathiformis seu campanulata fusca utrinque glabra, limbo laciniato erecto. *Jacq. Misc. Austr. 2. p. 140. t. 10.*

Hab. in Austria, locis umbrosis, ligno putrido adhaerens, 2 - 3 unc. lata, inaequaliter laciniata, intus fusca (badia?) foris pallida.

29. *repanda*, cespitosa magna intus lutescens, externe albicans sinuata, margine repando, stipite brevissimo demum obsoleto. *Ic. pictae fung. rar. Fasc. 4. p. 49. t. 22. f. 3.*

In sylvis rarior, in Germania.

Obs. Affinitate quamdam cum Pez. *alutacea* gaudere videtur, etiam margine interdum incisa sed non ad basin usque fissa nec convoluta.

30. *Crucibulum*, solitaria maxima infundibuliformis sessilis subalbida. *Syn. fung. p. 642.*

Fungoides maximum, vasis fusorii forma,

subalbidum. *Mich. Gen. pl. p. 207. no. 7. t. 86. f. 1.*

In Italiae sylvis olim a Michelio detecta magna haec species, ore lato aperta, omnium facile altissima, ad basin sensim angustior.

31. *Sowerbea*, caespitosa globoso - hemisphaerica, intus flavescens externe subreticulata albida, radice crassa villosà alba. *Syn. fung. p. 642. Sowerb. fung. t. 114.* Pez. radiculata.

Hab. in Anglia ad terram in hortis. Submagna, primo globosa seu ore connivente, dein dilatata, subrepanda, extus subtomentosa, sessilis, sed radicem fusi formam sat magnam, intra terram et stramina absconditam habet.

32. *cerea*, cespitosa substipitata lutescens, cupula repanda subinfundibuliformi extus cum stipite crasso albicante. — *Sowerb. t. 3.* †

Cresc. in areolis corticis coriarii.

Obs. Species magna, habitu quodam peculiari subdifformi distincta, hinc eam, quamvis a me nondum repertam, a Pez. *vesiculosa* uti et a *priore*, cum quibus propagationis locum communem habet, diversam omnino puto. Caul. $\frac{1}{2}$ unc. longus, apice valde dilatata et villosus? Descriptio auctoris, pro more, nimis brevis et vix ulla.

33. *abietina*, gregaria cinnamomea subflexuosa

campanulata, externe demum ruguloso - lacunosa, basi tomentosa. *Syn. fung. p. 637. Conspect. fung. p. 309.*

In sylvis abietinis. Unc. 1 lata, basi saepe albicans.

β. grandis, magna acaulis flexuosa campanulata olivaceo - umbrina (spadicea?), basi lacunosa alboque tomentosa. *Obs. Mycol. 1. p. 27.* Var. hujus luxurians potius, nec Pez. *leporinae.*

γ. rubiginosa, gregaria majuscula rubiginosa externe dense farinosa, stipite brevissimo subtomentoso.

Hab. in Vogesia, praesertim ad margines viarum sylvaticarum. Unc. lata, obtecta pulvere farinaceo concolore in verrucas acutas, uti in quibusdam lycoperdis, compacta. Forsitan distincta species.

* *porosa*, sessilis orbicularis cinnamomea subrufescens, disco demum foraminulosa. *Syn. fung. p. 640.*

Quoque in Pinetis observatur. P. *abietina* dimidio minor. Hymenium punctato - lacerum, quod tamen olim in diversis individuis et diverso tempore in Hercynia vidi (etiam hujus Fungi cl. Fries, tanquam Sueciae indigenae mentionem facit) modo fortuido ortum vi-

detur, cum simile quid in aliis speciebus non occurrat.

34. *verrucosa*, magna infundibuliformis (?) pallescente livida, tuberculis inaequalibus obsita, stipite difformi brevissimo. *Syn. fung. p. 646.* †

Olim prope Gottingam, ad truncos inventa, externe, pro more, albicans aut pallidior, et protuberantiis inaequalibus rugosa. Stipes subtuberosus quasi. *l. c.*

35. *Rapula*, gregaria, cupula infundibuliformi, primo subflavescens dein umbrina, stipite sublongo deorsum fibrillis longis vestita. *Syn. fung. p. 658. Nees System. t. 38. f. 297.*

Peziza *Rapulum*, cerea tenuis fragilis glabro, in stipitem longum radiculis instructum desinens, cratera cupulari. *Bull. Hist. 1. p. 265. t. 485. f. 2.*

P. *radicata*, cyathiformis, intus pallide testacea, extus cinereo-gilva, stipite glabro tortuoso, radice simplici villosa. *Viborg - Holmsk. Fung. 2. p. 24. t. 9.*

Humo profunde infixa occurrit. Stipes tortuosus aliquando fibrillis radicalibus destitutus. *Bull.* — Radix filiformis, vellere fusco undique vestita sub muscis et fol. putrescentibus proserpit. Stipes albidus. *Vib.*

36. *tuberosa*, cupula parvula campanulata, sti-

pite longo abscondito, tuberi magno subdifformi nigro innato.

P. *tuberosa*, capitulo subcampanulato extus fusco intus pallidiore, stipite basi tubere nigricante fungosa adnato. *Dicks. Pl. Crypt.* 2. *p.* 25. *Sowerb. t.* 60. *Bull. champ.* 2. *p.* 266. *t.* 485. *f.* 3.

Octospora tuberosa. *Hedwig. Musc. frond.* 2. *p.* 31. *t.* 10. *f.* 2.

Pez. *radicata*, fusco-spadicea hemisphaerica, radice longa simplici. *Reich. in Act. Berol.* 3. *t.* 4. *f.* 4-6?

Hab. in graminosis sylvaticis, aut in pratis montosis. Vere.

Stipes ad capitulum usque intra terram degit. *Dicks.* — Humo profunde infixa reperitur. Ex colore albo, dilute fuligineo aut subfulvo in lateritio-fuscescentem transit. *Bull.*

Cupula $\frac{1}{2}$ unc. lata et alta. Stip. 1-2 unc. longus, tenuis.

Obs. Tuberculum radicale subglobosum nigrum, intus album, 3-4 lin. magnum est vera hujus speciei pars, nec pro *sclerotio*, tubere quodam, aut alius plantae perfectioris *radice* habenda, nam substantia interna et cortex exterior tuberculi et stipitis hujus fungi, eadem sunt natura.

37. *Tuba*, stipitata cespitosa magna, cupula in-

fundibuliformi fulva, radice tuberosa subdepressa. *Syn. fung. p. 644.* Pez. perennis.

Peziza Tuba. *Batsch. El. fung. p. 121.*

Fungoides cespitosum infundibuliforme fulvum, radice nigra tuberosa perenni. *Michel. Gen. pl. p. 205. no. 5. t. 86. f. 10.*

In Italiae castanearum sylvis, mense Aprili. Hujus plantae radix perennis est et e tribus plerumque tuberculis constat, quorum medium fungos profert, alterum effoetum, et tertium instanti anno fertile. *M.*

38. *bulbosa*, cupula hemisphaerica cinerascens, intus badia aut pulla, stipite sublongo, radicis tubere subrotundo. — *Nees System. t. 38. f. 289. Hedw. l. c. p. 34. t. 10. f. 3.*

Autumno ad fossas sylvarum. *Hedw.* Sequenti subsimilis!

39. *Macropus*, gregaria magna, cupula hemisphaerica utrinque cinerascens, stipite longissimo attenuato. *Obs. Mycol. 1. p. 26. t. 1. f. 2. Schaeff. t. 167. Flor. Dan. t. 1200. f. 2.*

Peziza stipitata. *Bull. champ. 2. p.* .

Peziza sublicia. *Holmsk. Fung. 2. p. 26. t. 10.*

Haec species, stipite longo notabilis, non equidem rara est in sylvis inprimis frondosis, et aestate praesertim humida. Stipes nunc lae-

vis, nunc hinc inde lacunosus. Cupulam semper regularem, orbicularem inveni, ab aliquibus convexa est delineata: fungo forsitan nimis maturo, aut in locis humentibus invento.

β. *hirta*, cupula stipiteque hirto vel pubescente. *Obs. Mycol. 1. p. 26. t. 1. f. 3. Sowerb. fung. t. 38.*

Octospora *villosa*, stipite mediocri elongato patellaque convexo-marginata villosa: villis connexis sursum spectantibus. *Hedw. Musc. frond. 2. p. 54. t. 19. b.?*

γ. *erosa*, pallescente-cinerea, cupula valde dilatata saepiusque erosa, stipite mediocri laevi subcylindrico albicante.

Elvela hypocrateriformis. *Schaeff. t. 152.* satis congruit.

Cupula multo latior et altior quam in α., et margine, forsitan ab insectis aut limacibus, fere semper lacera. Stipes vero multo brevior, vix unc. 1 longus, basi subtuberosus, saltem tumidus. Rarior in sylvis occurrit.

δ. *tephromelas*, dimidio minor grisea, disco nigro.

Fungoides parvum pyxidatum externe ex obscuro griseum, interne nigrum et pellucidum. *Mich. Gen. pl. p. 205. t. 86. f. 11.*

Crescit *vere* in Italia, in Scandicci territorio. *Mich.* Verosimilis diversa.

40. *melastoma*, majuscula cespitosa, cupula urceolata externe fuscescente pulvere rubiginosa adspersa, intus nigra, stipite brevi radiculis byssoideis densis nigris.

Peziza melastoma. *Sowerb. fung. t. 149.* (Nomen anterius).

Pez. *rhizopus*, arcte cespitosa subconnata, cupulis e globoso dein hemisphaericis intus nigris, extus lanato - hirtis (?) rubigine conspersis, capillitio radiciformi undique tectis. *Conspect. fung. p. 317.*

Hab. rarior in Gallia, Anglia et Germania, ad plantarum radices terra denudutas aut ad truncos muscosos arborum.

Fungus sane peculiaris, habitu Lycoperdi. — Stipes inter jubam atram, saepe longissimam absconditus, crassiusculus.

Cupula juniorum globoso - obcordata, margine lato inflexo, dein ore patulo ventricoso - hemisphaerico. *Conspect.*

Obs. Specimina circa Parisios et in Vogesia detecta, nullo tomento, basi excepta, vestita. Sequens non valde diversa videtur.

* *Stenostoma*, gregaria clavato - cylindrica superne (?) villosa aurantio - miniata, cupula concava, margine inflexo ore angusto, stipite nigro fibroso - subradicato. *Martius Flor. p. 469.*

Hab. in ligno putrido. Tres lin. alta, turbinata. Stipes totus niger, floccis concoloribus in ligno radicatus. *M.*

41. *melania*, *α. Vogesiaca*, gregaria submagna, cupula campanulata, demum subrepanda, nigrescente umbrina subrugulosa glabra, stipite breviusculo radiculis byssoideis nigris. — *Moug. et Nestl. Stirp. Crypt. Fasc. 6. no. 584.*

Hab. vere in Abiegnis Vogesorum, ad ligna putrescentia, sub terra abscondita, quibus adhaeret radiculis byssoideis, nonnunquam late expansis.

Cupula junior subventricosa, adulta campanulata, margine saepius crenulato - lacera, ultra unc. 1 lata, externe vix pruinosa, sed exsiccatione corrugata est. Stipes brevis, 3 - 4 lin. altus, 2 - 3 crassus, passim lacunosus.

β. fusco - cana, stipitata subtruncalis, extus fusco - nigricans laevis, intus incano - olivascens, cupula lata, stipite breviusculo compresso - plicato sublacunoso. *Conspect. fung. p. 312. t. 5. f. 2.*

Incolit sylvas abietinas muscosas, vere. Stipes $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ unc. longus, una cum cupula basi exteriore rugoso - lacunosus. Cupula margine interdum crenata, intus canescens, aut in olivaceum vergens, 1 - 2 unc. lata. *Conspect.*

δ. *Sphagnophila*, submagna stipitata, cupula campanulata intus atra, extus rugosa subumbrina, stipite subcrasso, fibrillis radicato.

Hab. in Germaniae paludosis. *Ehrenb.* Cupula in specimine transmisso, farinacea et valde plicata, ultra unc. lata. Stip. 2 lin. altus, fibrillis muscos obtegit.

42. *Nigrella*, sessilis hemisphaerica atra, extus deorsum byssina. *Syn. fung. p. 648. Conspect. fung. p. 318. Decand. Flor. Gall. 6. p. 2.*

Elvela hemisphaerica. *Wulfen in Act. Soc. Nat. Curios. Berol. vol. 8. p. 141.*

Vere et autumno; Gregaria aut cespitosa, terrestris, rarius truncigena.

Intus atra glaberrima lucida, externe vestita tegmine fusco-nigro crassiusculo, e filis byssinis intertextis compacto; $\frac{1}{2}$ - 1 unc. lata. *Conspect.*

43. *Diadema*, nigra globosa extrinsecus rugoso-costata, vertice late aperto, ore contracto marginato-crenato *Gmel. Syst. vegetab. 2. p. 1455. Mich. Gen. t. 86. f. 18.*

Hab. quoad Michelium, vere, in Scandicci alti sylvis, verosimile ad terram. Species est nitida, magnitudine et habitu Pezizae *crenatae*, etiam radiculis fibrillosis donata.

44. *arenaria*, acaulis fusca radicans; junior globoso-campanulata, margine integro, senior dilatata lacera. *Syn. fung. p. 641. Act. Suec. 1763. p. 295.*

Crescit in Hallandia meridionali (provincia Suecica) in arena mobili, quam figere dicitur radice longissima fibrosa.

45. *fulva*, stipitata magna hypocrateriformis fulva, inferne alba, stipite incrassato subbrevi. *Micheli Nov. Gen. pl. p. 205. t. 86. f. 6.*

Hab. in Italia per Boboli nemora, Novembri. Unc. 1 lata. Stipes ½ unc. longus.

46. *fulgens*, magna sessilis campanulata integra, superne rubra, inferne alba.

Apparet Majo — Junio, in pinetis prope Neuchatel, colore nitido fulget. Non confundenda cum P. *aurantiaca*, quae contorta et autumnalis est.

47. *ericetorum*, subgregaria minor integra, ut plurimum depressa, intus fulvo-rubra, externe albo-flavescens.

Peziza leucoloma β. *major. Consp. fung. pag. 335?*

Aestate, post imbres, in ericetis passim occurrit. Praesertim explanata, tamen quoque campanulata est, sed non contorta, ½ unc. lata.

48. *purpurascens*, subgregaria sessilis livido-purpurascens, cupula campanulata, ore lato subobliquo. *Tab. XII. fig. 10.*

Rarius ad terram nudam provenit. Magnitudine media, forma grata, passim incisa.

49. *violacea*, subsessilis orbicularis depressa purpureo-caerulea. *Syn. fung. p. 629. Consp. pag. 312.*

Ad terram et interdum in truncis cariosis nascitur. Primo subcampanulata, dein dilatata, margine subinvoluta, latitudine semiuncialis.

50. *depressa*, sessilis orbicularis depressa rufo cinnamomea. *Obs. Mycol. 1. p. 40. t. 6. f. 7.*

In agris argillosis, locis humentibus, plerumque solitaria provenit, ½ unc. lata, inferne carnea.

51. *applanata*, gregaria subconfluens orbicularis depressa, primo luteo-ferruginea, demum badio-umbrina, disco tuberculata, utplurimum sessilis. *Schum. Saelland. p. 428.*

Ad terram in fol. dejectis Pini *Abietis* lecta, Octobri. Lin. 2—5 et ultra lata. Nonnunquam obsolete stipitata. Caro umbrina. *S.*

Obs. Auctor suam ad speciem adduxit: Octospora *applanata*, expansa plana rugosa cinnamonea sublus pallidior. *Hedw. Musc. frond. II. p. 22. t. 5. C.*

52. *hepatica*, atro-purpurea sessilis reflexa, disco saepius scrobiculo notata. *Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 199. t. 26. f. 138.*

In terra nudiore inter muscos se propagat. Gregaria subdepressa, 2 lin. lata. *B.*

53. *Schenkii*, sessilis convexo-depressa patens, utrinque atra nitida, margine brunneo. *Batsch. Elench. fung. p. 125. t. 12. f. 52.*

Prope Jenam in terra muscosam, vallecula umbrosa inventa, mense Aprili; 2-3 lin. lata, regularis, concava, margine integra.

Obs. Notavi hunc fungum, dicit b. Auctor, nomine cl. I. H. C. Schenke, Med. D., qui me, eodem die quo eum legebamus, excursione prima botanica florae deliciis, postea nunquam neglectis, quasi adduxit. Anatomicus diligentissimus fuit florumque et minerarum scrutator egregius.

54. *versiformis*, gregaria parvula forma varia, cupula substipitata subcontorta olivacea, externe subpurpurascens. *Icon. et Descr. fung. p. 25. t. 7. f. 7. Consp. fung. p. 814.* var. *β.* livido-purpurascens.

Hab. in truncis putrescentibus abietinis in Hercynia, et *β.* in squamis putrescentibus strobilorum Pini *Abietis*, in Lusatia superiore. Cup. carnosa, 2-3 lin. lata, subcrassa, demum planiuscula, margine saepius incisa.

** Lachnea. (Lachnum Fries.) *Cupulae* pilo-so-strigosae aut tomentosae, (plerumque sessiles.)

* *Cupula pilis rigidiusculis hirta.*

55. *fasciculata*, gregaria magna hemisphaerica sessilis, intus albida, extus umbrina, pilis densis fasciculatis. — *Schrad. Bot. Journ.* 2. *p.* 60.

Peziza hemisphaerica. *Hoffm. vegetab. cryptog.* 2. *p.* 23. *t.* 7. *f.* 6. *Syn. fung. p.* 640.

Peziza hispida. *Sowerby. t.* 147.

Peziza lanuginosa. *Bull. t.* 396. *f.* 2.

Peziza hirsuta. *Holmsk. Fung. Dan.* 2. *p.* 57. *t.* 19.

Frequens aestate et autumno in sylvaticis umbrosis ad terram vegetat, interdum etiam in truncis reperitur. Unc. 1 magna. Junior globulosa, fere spadicea, adultior hemisphaerica, nonnunquam subeffusa, intus albo-glauca. Pili per fasciculos dispositi, concolores.

Obs. Inter figuras, quae in opere b. *Holmskioldi* hac de specie exstant, una adest, quae cupulam repraesentat velo membranaceo tectam, quod sane notabile, et a me nondum observatum est.

* *livida*, gregaria subconfluens minor, primo hemisphaerica dein explanata, medio subelevata, intus glauco-livida, extus fuliginea, pilis longis strigosis concoloribus.

Schum. Saell. p. 422. Batsch. El. fung. Cont. 1. p. 221. t. 28. f. 154. quoad *fig. 8.*

In trunco putrido Fagi sylvaticae. Aprili.

Obs. Auctor magnitudinem hujus fungi non indicavit, quem vix ab antecedente diversum suspicor, saltem icon Batschiana laudata eadem species, sed junior videtur.

56. *brunnea*, majuscula subcaespitosa utrinque spadicea, cupula subconcava et subflexuosa, pilis minutis fasciculatis hirta. *Consp. fung. p. 317. t. 9. f. 8.*

In carbonariis sylvaticis humidis vegetat.

"Differt a priore forma et colore. Junior quidem subhemisphaerica, adulta vero constanter margine inflexa et depresso-plana. Tota semipellucens, unicolor (discus in figuris pallidus est pictus) et eleganter brunnea, ac 3 lin. lata." *Consp.*

57. *hybrida*, gregaria majuscula concavo-hemisphaerica, externe pallide brunnea hispida, intus subcoccinea (?). *Sowerb. fung. t. 369. f. 1.* †

Hab. in Anglia. Quodammodo similis P. *hispidae* (fasciculatae), sed multo dilutior et minor (ex icone 4-6 lin. lata est), et interne participat ruborem Pez *scutellatae. Sow.*

58. *hirta*, solitaria submedia, cupula globosa, margine subtumido subconnivente, intus miniata, extus fusco-hirta. *Schum. p. 422.*

In sylvis Danicis rarissime ad terram nudam occurrit. Octob.

59. *turfosa*, gregaria subhemisphaerica, demum explanata, margine acuto ciliato intus coccinea, extus flava, pilis fasciculatis viridescentibus. *Schum. l. c. p. 423.* (P. Polythrichi).

Nascitur in sepibus turfosis, autumno, inter Polythricha. Stipes obsoletus, dilatatus.

60. *marginata*, subconfluens minuta, primo hemisphaerica, dein plana, extus flavo-aurantiaca, margine tumido luteo, extus pallida, pilis strigosis sparsis. *Schum. l. c.*

Supra fol. Pini *Abietis.* Octobr.

61. *Theleboloides*, subgregaria sessilis urceolata: ore ab initio clauso lutescente, basi albida, setis sparsis strictis concoloribus. *Consp. fung. p. 321. t. 12. f. 4.*

Nascitur ad terram pinguem in stercoratis. Forma Thelebolis simillima, sed thecis gaudet octosporis. Junior tota alba, subparabolica.

62. *stercorea*, gregaria flavo-fuscescens, setis badiis erectiusculis. *Obs. Mycol. 2. p. 89.*

Peziza equina. *Flor. Dan. t. 779. f. 3. Sowerb. t. 382.*

Octospora scutellata. *Hedw. Musc. 2. p. 11. t. 3. f. 1.*

Aestate et autumno sat vulgaris in pratis

et sylvis supra fimum. Plerumque connivet, 1 - 2 lin. lata.

β. equina, gregaria densa, cupulis obconicis subtruncata flavo-succina, pilis strictis.

Autumni initio ad stercora equina obvenit.

Obs. Non *Ascoboli* species videtur, cujus thecae dejectae fuerunt, nam hujus generis species nondum strigosas vidi.

Ascob. *ciliatus*, infra describendus, margine tantummodo ciliatus est.

63. *strigosa*, gregaria sessilis parva, cupula globoso-hemisphaerica, externe setosa atra, intus subochracea. *Syn. fung. p.648.* †

P. *fusco-atra*, sparsa sessilis fusco-atra tomentoso-hirta, cupulis subglobosis concavis, intus sordide pallidis. *Rebent. Flor. Neom. Prodr. p. 385?*

Cresc. in umbrosis ad terram subhumidam. Lin. 1 lata, sicca connivet.

Obs. Rebentisch de suo fungo, forsitan distincto, qui etiam in umbrosis supra terram viget, dicit, quod primo oblongus sit, et Cyatho *striato* adhuc clauso similis, ejusque discus quidem pallidus, sed exsiccatus nigrescit; insuper 2 - 3 lin. latus est.

64. *hispidula*, concava extus hispidula nigra, intus laevis albida. *Schrad. Bot. Journ. 2. p. 64.*

Pez. *discolor*, gregaria sessilis urceolata, extus atra nitens, setisque crebris patentibus ubique hispida, intus caesio - alba. *Mart. Flor. Cryptog. p. 464.?*

In ramulis dejectis et in truncis frequentius occurrit. Interne albida vel cinerea, extus setis nitentibus obtecta. *Schr.*

65. *corvina*, suberumpens utrinque atra subdepressa, externe pilosa.

Passim ad ramos et ligna. Pusilla, late aperta.

Subiculum in aliquibus adest maculiforme, pariter nigrum.

66. *variabilis*, gregaria densa sessilis, cupulis urceolato - subcylindricis flavo - virentibus setis sparsis strictis aut subnullis.

Peziza erecta. *Sowerb. t. 369. f. 10.*

β. denudata, cupulis magis cylindricis glabris. *Sowerb. l. c. f. 12.*

Hab. in locis umbrosis, suffocatis, supra muscos. Bilinearis, subobconica, margine stricto. Variare dicitur e colore obscure fulvo ad flavo - virentem aut pallidum. An β. revera eadem species? cum omnino glabra et muscigena sit.

67. *crucibuliformis*, solitaria submedia turbinata, primo epiphragmate tenuissima clausa, margine tumido involuto, albido - pallida vil-

losa, stipite brevi crassiusculo subsulcato. *Schum. p. 424.*

Rarissima in ligno putrido Fagi *sylvaticae.* lio. Sex lin. alta, 5 lata. — Cupula si- ili *velo*, quod Holmskiold in Pez. *fascicula-* observavit, ab initio clausa videtur!

). *lasiopus*, gregaria oblivaceo-umbrina, cu- pula orbiculari planiuscula, pilis brevibus fasciculatim sparsis, stipite sublongo tomen- toso. *Schum. Saell. p. 426.* Peziza tomen- tosa.

Cresc. in Dania, ad ligna putrida. Cupu- 4 lin. lata. Stipes a dimidia ad unc. 1. lon- us, sursum incrassatus. *Sch.*

). *Berberidis*, sparsa minuta rufo-fuscescens hirta, basi setis strigosis subradiantibus cinc- ta. *Syn. fung. p. 649.*

Perraro ad siccos *Berberidis* ramos oritur. upulae villis longioribus, subiculum tamen on efficientibus, matrici adnatae, et lineares.

). *Atropae*, gregaria minuta obconica badia substipitata, pilis densis subrigidis erectis. *Syn. fung. p. 649.*

Cacaliae. Moug. et Nestl. Stirp. Cryptog. Vogeso-Rhenan. v. 7. n. 686.

Plantulam pulchellam in caulibus Atropae *elladonnae*, in locis apricis montosis sylva- cis, primo vere, prope Gottingam inveni.

Specimina vero paullatim diversa, minus obconica pilisque uti videtur crassioribus obsita, in Soncho *alpino* et Cacalia *albifronde* crescentia, in Vogesia et in monte Jura detecta sunt.

71. *Nidulus*, minuta sessilis orbicularis subdepressa substrigosa umbrina. *Kunze Fung. Germ. exsicc. Fasc. 3. no. 72.*

Cresc. in Germania, Vogesia et Helvetia, praesertim in caulibus Convallariae *multiflorae.* Minuta, subtenax, villositatem demum amittere videtur.

72. *sulphurea*, sessilis sparsa strigosa tomentosa sulphurea intus albida. *Syn. fung. Ic. et Descr. fung. p. 31. t. 8. f. 4. et 5.* (P. albo-lutea).

Ad caules herbarum; Vere Parvula; junior et exsiccata globosa, colore aliquando fuscescens, opaca.

β. *caesio-sulphurea*, subconfluens, hemisphaerica depressa, disco albo-caesia, subtus pallida, pilis longis sulphureis obsita, basi umbrina. *Schum. Saell. p. 432.* (In ramulo dejecto. Octobr.)

γ. *leucophaea*, sessilis depressa strigoso-hirta fuscescens, disco plano albido et subincarnato.

Autumno, circa Parisios, ad caul. exciccatos Urticae *dioicae* nascitur. Substantia ce-

rea, mollis. Colore subbadia, sed simul dantur individua fere citrina.

73. *flavo-fuliginea*, sessilis planiuscula dilatata, extus strigoso-hirta laete sulphurea, intus olivaceo fuliginea. *Consp. fung. p. 319. t. II. f. 7.*

Ab antecedente; forma, colore, substantia subtremellosa fere, nimis recedit, quam ut conjungi possit. Gregaria, initio cupularis, dein flexuosa et applanata, etiam oblonga. Ad lignorum frustula nascitur et folia, in paludosis sylvarum, autumno. *Consp.*

74. *Martini*, gregaria majuscula depressa sessilis, cupulis orbicularibus, externe cervinis, disco applanato lutescente.

Ad ligna prope Taurinum inventa, et nonnullis abhinc annis mecum communicata fuit a b. *Martin*, clerico et strenuo quondam plantarum cryptogamicarum indagatore. Species sat pulchra, 2 lin. fere lata. Affinis P. *sulphureae*, sed multo major.

75. *rufo-olivacea*, subsolitaria sessilis orbicularis applanata, extus villoso-pulverulenta rufo-ferruginea, disco virescente-olivaceo. *Consp. p. 320. t. II. f. 4. Decand. Flor. Gall. 6. p. 25.*

Passim in ramis Rubi *fruticosi* suffocatis, aestate. Plerumque exacte circularis, disco

plano in vetustis fere nigrescente. Substantia carnoso - ceracea, molliuscula.

76. *spadicea*, sparsa sessilis subgloboso - hemisphaerica: ore connivente, tomento denso subcompacto spadiceo vestita.

Ad ramos Populi *Tremulae*, Aprili. *Chaillet.* Majuscula, substantia sicca. Juniores orbiculares, nitide badiae; adultae expallescunt, opacae.

77. *flammea*, sparsa sessilis subglobosa hirta, externe rufo - ferruginea, intus nigra.

Peziza *flammea*, sessilis subglobosa strigoso - villosa unicolor flammea rubiginosa. *Consp. fung. p. 319. t. 1. f. 6.*

Hab. in Lusatia, etiam prope Neuchatel, ad ligna vetusta carpinea. Primo connivens, dein subpatens, hemisphaerica. Substantia nigra, sed hymenium tegumento prorsus concolor est rubiginosum. *l. c.*

78. *caerulescens*, subsparsa minuta hemisphaerica, disco plano caeruleo, margine tumido elevato, subtus tomento - fusco obsita. *Schumach. Saell. p. 434.*

Nascitur, in Dania, ad asseres semiputridos, autumno. Caro albida.

79. *leucocoma*, subsessilis ore lato aperta albida, basi virescens, villis densis erectis.

Rarius provenit ad ligna cariosa subvires-

centia, unde basis cupulae tali colore tincta videtur. Ex hemisphaerico subinfundibuliformis est stipite brevissimo subnigrescente.

Discus videtur oblivaceo-nigrescens. Villus non contextus, sed pilos strictos sistit.

80. *leucotricha*, majuscula sessilis hemisphaerica concava, extus intricato-strigosa candida. *Consp. fung. p. 322. t. 7. f. 5.*

Terrestris est in umbrosis humidis; Septemb. Initio globosa et clausa, dein patens, regularis. Color disci ex albo subglaucescit. 3-4 lin. lata. *Consp.*

81. *ciliaris*, cyathiformis nivea, externe pilis sparsis longis obsita. *Schrad. Journ. Bot. 2. p. 63.* †

Hab. in Germania. Folia incolit varia, sed inprimis quercina. Cupula recens et humida aperta est. Ciliis longis sparsis plus minusve patulis a Pez. *virginea* differt. *Consp. p. 324.*

* *globulifera*, epiphylla sparsa exigua alba, primo clavata dein turbinata, tandem explanata, margine ciliis longis globuliferis ornata, extus stipiteque breviusculo villosis. *Schum. Saelland. p. 427.* Peziza citiaris.

Hab. in Dania, in fol. dejectis fagineis. Octob.

82. *Platani*, minutissima sessilis orbicularis

plana albida, extus nigra setosa, setis margine strictus. *Obs. Mycol. 2. pag. 87.*

Rarissime in foliis deciduis Aceris *Platani*, in Germania, reperta. Cupula sicca connivet, humida folio adpressa. Setae marginem praeprimis occupant.

83. *papillata*, gregaria minutissima subincarnata, disco papillata, margine ciliata. *Syn. fung. p. 650. Consp. fung. p. 321.*

Autumno in fimo sicco vaccino satis frequens.

* *vaccinea*, tota alba obconica, disco plano (papillato?), externe setis longis albis strictis.

Supra stercus vaccinum, circa Parisios, inventa, P. *papillata* multo major.

* *cervina*, gregaria minutissima sublutescente-ferruginea, cupula convexa obconica (papillata?), margine acutiusulo, extus setis longis fusco-luteis strigosa. *Schum. l. c.* (P. papillata).

In fimo cervino. Junio. Caro pallida. S.

84. *chlorina*, gregaria minutissima viridis subobconica, disco convexo, margine acutiusculo, extus setis fusco-umbrinis strigosa. *Schum. l. c.* Pez. strigosa.

In fimo vaccino sub finem aestatis. Caro viridis. *S.*

85. *pilosa*, solitaria minuta subhemisphaerica

depressa, disco convexiusculo carneo subtus pallidior, pilis longis erectiusculis fuscis dense vestita. *Schum. p. 433.*

Inter rariores et in ligno abietino subputrido crescit Septembri. Intus carnea. *S.*

86. *setosa*, excavata patellaeformis aurantiaca, extus setis longis erectis fuscis vestita. *Nees System. 2. p. 68. t. 37. f. 275.*

Autumno ad ligna putrida.

87. *hirtella*, gregaria subconfluens parvula, cupula hemisphaerica depressa, margine acuto, aurantiaco-lutea, subtus pallide lutea, pilis brevibus fuscis sparsis. *Schum. p. 433.* (P. subhirsuta).

Supra materiem viridem in locis humidis crescit, Majo-Junio, circa domos. Caro albo.

* *cinnabarina*, subconfluens demum hemisphaerica plana rubro-cinnabarina, margine acuto, subtus flavo-pallida hirta, margine rubescens. *Schum. p. 432.*

Eodem in loco eodemque tempore crescit uti antecedens, a qua vix differt.

88. *crinita*, exigua sessilis hemisphaerica ciliata, subtus cinerea, intus rubro-purpurea. *Bull. Champ. p. 249. t. 476. f. 2.*

Hab. in Gallia supra ligna putrida, inferne, sed praesertim ad marginem, pilis longis nigris hirta. Caro alba. *Bull.*

* *chermesina*, substipitata planiuscula hemisphaerica chermesina, extus pilosa. †

Peziza ciliata. *Viborg - Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 36. t. 18.*

Hab. in ligno putrido. A P. *scutellata* forsitan non diversa, habitu tamen parum aliena est et substipitata dicitur.

89. *scutellata*, majuscula subgregaria sparsaque applanata aurantiaco - rubra, margine setis nigris hispida. *Syn. fung. p. 650. Sowerby fung. t. 27. Schaeff. fung. t. 284.*

Peziza aurantiaca. *Bull. Champ. 1. p. 247. t. 10.*

Aestate nascitur ad palos prope rivulos, aut ad Salices excavatas putridas; sed semper amat loca humentia. 2 - 4 lin. lata, sessilis. Bene distincta et jam a veterioribus botanicis cognita species.

90. *melaloma*, gregaria subparva sessilis concava demum planiuscula sordide aurantiaca, margine pilis subtilissimis atris obsita. *Conspect. fung. p. 336. t. 2. f. 5.*

Prov. in Lusatia, in carbonariis sylvaticis vetustis, passim. Lin. 1 - 2 lata, nunc orbicularis, nunc plus minusve difformis, margine varie flexuosa. Subtus aut prorsus laevis est, aut pilis atris, sparsis et obsoletis hirtiuscula, qui vero in margine constantes discum cingulo circumdant nigro. *Consp.*

91. *vi-*

91. *vitellina*, terrestris majuscula subcaespitosa flexuosa laete flava, ad oras setosa.

Rarissime, mense Augusto, circa Parisios, in prato quodam locisque subhumidis inventa. Carnosa, fragilis, undulata, 4 lin. circiter lata, versus marginem fimbriis erectis sparsis obsita.

* *sabulosa*, terrestris subplana, regularis, disco cinnabarina, externe setis badiis brevibus hirta.

Hab. in Vogesia, ad terram sabulosam aut in pratis siccis, Junio, rarius. (*Mougeot.*) Crassa, subdepressa, sessilis, 2-3 lin. lata, exsiccata flavescens.

92. *caerulea*, plana sessilis caerulea, margine obtuso ciliari. *Bolt. fung. t. 108. f. 2.*

Secundum auctorem in sylvis *Abietinis* ad truncos, locis humidis, oritur. Disco caerulescit, inferne nigrescit et laevis. Pili pallidi, molles. Conformatione est Pezizae *scutellatae.*

93. *episphaeria*, minuta gregaria conferta sessilis, cupulis planis, disco lutescente, externe pilis longis albis sparsis. *Martii Flor. Erlang. p. 465.* †

Autumno circa Erlangam in Sphaeria *deusta* lecta.

94. *carneo-rufa*, gregaria, cupulis urceolatis subpellucidis carneo-rufis, extus margine-

que setis rigidiusculis albidioribus, in ore erectis, hirsutis. *Mart. Flor. Erlang. Cryptog. p. 464.*

In arena humida prope Röthelheim, in Franconia, Majo, inventa. 1-2 lin. lata.

** *Cupula tomento molliore subintricato vestita.*

95. *coccinea*, magna stipitata turbinata (aut hemisphaerica) coccinea, externe albida subtomentosa, margine crenulato vel nudo. *Obs. Mycol. 2. p. 75.* (cum Synonymis). *Jacq. Austr. t. 163.*

Peziza epidendra. *Bull. t. 467. Sowerby t. 13.*

Peziza dichroa. *Holmsk. Fung. 2. p. 21. t. 7?* (Descriptio commixta videtur.)

Peziza poculiformis. *Hoffm. veget. Crypt. 2. p. 27. t. 7. f. 5.*

Octospora Craterella. *Hedw. Musc. frond. p. 55. t. 19. f. c.?* (Non valde differt, nisi cupula hypocrateriformi et stipite longiore).

Provenit species haecce elegans, initio veris, mense plerumque Martio, in sylvaticis ad terram, sed supra fragmenta ramulorum, terra tectorum, plerumque solitaria; verum ad rariores pertinet, et non ubique crescit. Magnitudine pro aëris conditione variat, ab ½ ad 1 unc. lata. Stipes subincrassatus, longitudine quoque diversus.

Obs. Ejus nitor fuit qui Batarram ad legendos fungos excitavit; vid. Fung. Arimin. p. 27. Idem respectu mei de Peziza *aurantiaca* dicere possem.

96. *pithya*, gregaria majuscula flavo-rubra, cupula demum plana, basi cum stipite brevi villosa, villo evanescente. *Syn. fung. p. 652. Ic. et Descr. fung. fasc. 2. p. 43. t. 11. f. 2. Consp. fung. p. 323. Nees Syst. 2. f. 287.*

Hab. in caudicibus, ramis, acubusque languidis Pini *Piceae*. Vigoris ejus tempus est primum ver, inter ipsam nivem deliquescentem. *Consp.* Etiam in ramulis dejectis Pini *Abietis*, Majo-Junio, in Dania. *Schum. p. 435.*

Cupula carnosula, applanata, latitudine varia, 3-4 lin., vix marginata (secundum cl. Schumacher margine acuto luteo-ferrugineo gaudet). Stipes brevis, nonnunqnam subglobosus. An hujus subdivisionis? cum adulta fere glabra evadat.

97. *chrysopthalma*, erumpens parvula substipitata, cupula submembranacea fulva aut dilute flava, externe tomentosa pallida.

Peziza calycina. *Decand. Suppl. Flor. Gall. p. 25.* excl. synonym.

Peziza calycina. *Schum. Saell. p. 424?* (qui fungillum suum in *strobilo abietino* invenit).

In Vogesia et Helvetia ad Pini *Abietis* ramos et cortices nascitur. Pulchella, 2 lin. et ultra lata, subfasciculata aut solitaria, valde aperta, demum fere glabrescit; recens colore est aureo-vitellina. Stipes sub cortice absconditus, crassiusculus, basi nigrescens.

98. *quercina*, erumpens sparsa minuta subsessilis, externe villosa nivea, disco subaperto laete flavo. *Syn. fung. p.* 653. P. calycina.

Peziza bicolor. *Sowerb. fung. t.* 17.

Peziza transparens. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 87.

Octospora calyciformis. *Hedw. Musc.* 2. *p.* 78. *t.* 22. *f. B.?*

Autumno non infrequens ad ramulos dejectos quercinos observatur. Vix lineam magna, plerumque clausa, aëre praesertim sicco.

99. *pulchella*, sparsa subsessilis villosa candida, disco subaperto coccineo. *Syn. fung. p.* 653.

Peziza bicolor. *Bull. Champ. p.* 243. *t.* 410. *f.* 3.

Peziza Oxyacanthae. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 41.

Vere, in ramis praesertim Mespili *Oxyacanthae*, sed minus frequens provenit. Etiam minuta et fere clausa, interne aurantio-coccinea, extus albicans.

β. *flavo-coccinea*, intus coccinea, extus

amoene sulphurea denseque villosa, villo subpulverulento. *Consp. fung. p. 323.*

Ab auctoribus in cortice abietino inventa. Decemb. An potius varietas. P. *chrysophthalmae.?*

γ. *bicolor*, subconferta, primo globosa, dein explanata concaviuscula, intus flavo-aurantiaca, extus cum stipite brevi fusco-olivacea. *Schum. Saell. p. 425.*

In *ligno* putrido, autumno. An species?

100. *tricolor*, sparsa cupula hemisphaerica, margine tumido, intus pallide lutea, externe obscure grisea, stipite brevi albido. — *Sowerby fung. t. 369. f. 6.*

Hab. ad ligna, in Anglia. An cupula tomentosa?

101. *sericea*, sparsa stipitata majuscula, cupula campanulata ochraceo-ferruginea, extus villo viridi sericeo adpresso tecta. *Consp. fung. p. 325. t. 3. f. 7.*

Cresc. in truncis lignisque vetustis, viredine tinctis, locis madidis, sylvaticis. Ab initio tota pulchre viridis sive psittacina, adulta ochraceo-ferruginea, tomenti simul apices cum margine cupulae introflexo albescunt nitore quodam holosericeo. *Consp.*

102. *capillaris*, solitaria fusco-virens cupula primum clavata, dein subhemisphaerica, ex-

tus stipiteque longo capillari villosis. *Schumach. p. 425.*

Hab. in fol. dejectis fagineis. Cupula 1 lin. lata. Stip. 4 lin. longus, flexuosus, basi umbrinus. *S.*

103. *patula*, epiphylla stipitata villosa alba, disco plano ochraceo (primum albo). *Obs. Mycol. 1. p. 42. Nees System. p. 70. t. 38. f. 285.*

Vere item et autumno in fol. exsiccatis, praesertim quercinis, non equidem rara. Valde parva, sub lente observanda plantula.

104. *virginea*, gregaria tota candida, stipite sublongo, cupula turbinato - hemisphaerica villosa. *Obs. Mycol. 1. p. 28. Sowerb. fung. t. 65. Holmsk. fung. 2. p. 31. t. 14.*

Peziza parvula. *Flor. Dan. t. 1016. f. 4.*

Peziza clandestina. *Bull. t. 416. f. 5.* (quoad figuram.)

Satis communis, autumno, ad ligna et ramulos, locis praesertim umbrosis, subudis.

β. carpophila, minor turbinata, densius villosa, ore connivente. *Obs. Myc. 1. p. 27. Consp. fung. p. 324.* In pericarpiis *Fagi.*

105. *clandestina*, stipitata gregaria turbinata tomentosa opace cinerea, ore connivente. *Obs. Myc. 1. p. 41. Bull. Champ. 1. p. 251.* (quoad descriptionem).

Nascitur in ramis siccis praesertim *Sambucinis* et Rubi *Idaei*. Sparsa, sed nonnunquam in agmine denso obvia. Cupula turbinata: villo evanescente dilute umbrina fit.

β. discoidea, cupulis patulis planiusculis, intus albidis, extus cum stipite tomento-villoso cinereo-umbrinis.

P. clandestina, *β.* patula. *Consp. fung.*

Cresc. inter rejectamenta hortorum et in sylvis.

106. *Serratulae*, sparsa stipitata turbinata grisea, cupula pubescenti-farinosa, stipite brevi glabro.

Detecta a D. Chaillet in caule exsiccato Serratulae *arvensis*. Forma antecedentis, sed magis grisea et vix villosa est.

107. *vernalis*, subsolitaria parvula cinereo-pallida, cupula hemisphaerica, margine primo subinvoluto demum erecto, extus stipiteque elongato filiformi flexuoso villosis. *Schum. p. 425.*

In stipitibus dejectis. Aprili. 2 lin. lata.

108. *cerina*, stipitata hemisphaerica (sicca difformis) tomentosa subpulverulenta, lutescente-grisea, disco ochraceo. *Syn. fung. p. 651. Nees System. 2. f. 283. Moug. et Nestl. Stirp. Cryptog. Fasc. VII. n. 687.*

Haecce species, quae satis vulgaris, sed

minus cognita est, in lignis praesertim induratis originem sumit. Cupula globoso-turbinata, aut hemisphaerica, substantia firma, crassiuscula, lin. 1 vel 1 ½ lata. Stipes brevissimus, sed crassus. Color subnitens, flavo-cerinus, aut lutescente-olivaceus.

109. *grisea*, sparsa minuta sessilis, lutescente-grisea, cupulis globosis duriusculis pubescentibus, ore minuto apertis.

Etiam ad ligna provenit, sed multo rarior. Primo intuitu Sphaeriae cuiusdam similis.

110. *pellita*, gregaria sessilis, cupulis subglobosis dense tomentosis e griseo dilute gilvis.

Hab. in ramulis Lonicerae *Caprifoliae*, in Vogesia. Vere. Molle villosa, primo clausa. Lin. 1-2 lata, forma grata.

111. *araneosa*, sparsa majuscula subferruginea opaca, cupulis brevissime stipitatis hemisphaericis late apertis glabriusculis, margine tumido subtomentoso. *Sowerby. fung. t. 369. f. 5.* (excluso Bulliardi Synonymo?) †

Ad vetustos truncos *Salicis*, in Anglia locis suffocatis crescit, 2 lin. lata.

112. *squamosa*, gregaria, cupula hemisphaerica lutea, margine tumido elevato, subtus pallide lutea, basi albida, villo squamuloso conferta vestita. *Schum. Saell. p. 434.*

Oritur in materia viridi circa domos, locis humidis. Majo-Junio. Caro pallida. *S.*

113. *alboimarginata*, gregaria minuta dilute umbrina villosa, cupula primo clavata, dein subhemisphaerica, dein convexa, margine tumido subinvoluto, stipite brevi cylindrico. *Schum. p. 436.*

Hab. in caulibus plantarum. Junio. Similis dicitur, quoad formam, Pez. *cyathoidi.* *Bull. t. 416. f. 3.*

114. *Cyathula*, sparsa subferruginea, cupula infundibuliformi tomentosa, stipite sublongo glabro.

Eam inveni, his in regionibus, ad stipites plantarum. Forma grata distincta, ore lato patula. Stipes fuscus.

115. *fuscescens*, epiphylla minuta stipitata tota brunnea, pilosa, primo globosa, dein hemisphaerica. *Syn. fung. p. 654. Consp. fung. p. 325.*

Rarius occurrit in fol. fagineis (non amplius a me observata). Secundum auctores *Conspectus*, cupula, aëre sicco, globosa, clausa; humido, semipatula et praesertim circa marginem pilis badiis vestita est.

116. *dryophila*, gregaria minutissima epiphylla sessilis orbicularis villosa badia, ut plurimum connivens.

β. *variecolor*, sparsa minutissima alba, pallens aut caerulescens, etiam grisea.

Copiose, saltem circa Parisios, vere et aestate in fol. *quercinis* aggregatis, supra quae ut puncta fusco-nigrescentia apparent cupulae, plerumque contractae, aliter hemisphaericae, utrinque spadiceae, excepta var. β. quae rarior in iisdem foliis et nonnunquam cum α. socialis vegetat.

117. *eruciformis*, substipitata? procumbens hirsuta nivea oblonga, ore subconstricto truncatulo. *Batsch. El. fung. p.* 126. *Mich. Nov. Gen. pl. p.* 208. *t.* 86. *f.* 16.

Mense Januario, in Etruria, ad truncos olim a Michelio detecta est singularis et vermiculiformis haecce species, quae decumbens, varie flexa, subteres aut oblonga, quasi truncata, sed vix lin 1. magna.

118. *fallax*, conferta subsessilis sicca, cupulis subhemisphaericis dense villosis, plerumque clausis, intus pallescens (passim prolifera).

β. *albo-violascens*, intus caesia vel violascens. *Consp. fung. p.* 322. *t.* 8. *f.* 4.

In variis regionibus et locis obvenit, et sub variis nominibus mihi transmissa fuit. Exsiccata enim formam habet alienam, vix Pezizoideam, ejusque discus saepe quoque proliferus. Stipite brevi est, cortici inserta. Ceterum minuta, et colore alba.

119. *pulveracea*, gregaria stipitata subindurata cinerascens, cupula subturbinata pubescente-farinacea. — *Consp. fung. p.* 342. *t.* 8. *f.* 2.

In greges satis magnos supra cortices Betulae *albae* effusa, pulvere cinereo dense obtecta, basi nigra, lin. 1 lata. Stipes validus, incrassatus.

Var. *racemosa*, stipite prolifero distincta, a D. Ehrenberg mecum communicata.

120. *corticalis*, gregaria subglobosa sessilis pulveraceo-pubescens, ex cinereo subrufescens. *Syn. fung. p.* 651. *Consp. fung. p.* 322.

Equidem non rara supra cortices truncorum caesorum inveniri potest. Recens patula et magis colorata, vix lin. lata.

121. *granuliformis*, gregaria villosa globosa minuta utrinque alba, recens obconica. *Syn. fung. p.* 651.

Peziza sessilis. *Sowerby t.* 389. *f.* 1.?

β. Peziza villosa. *Syn. p.* 655. *Obs. Myc.* 2. *p.* 84.

γ. *incarnata*, sessilis globosa hirsuta albida, intus carnea. *Obs. Mycol. l. c.*

Peziza granuliformis. *Nees Syst.* 2. *p.* 67. *f.* 283.

Satis frequens in caulibus herbarum, praesertim Solani *tuberosi*. Sowerbeus suum fungillum ad radices putrescentes arborum inve-

nit, qui hemisphaerico-obconicus, late apertus est, et forte specie distinctus.

122. *Schumacheri*, gregaria minutissima nivea dein fuscescens globosa, subtomentosa, ore primo epiphragmate (velo?) membranaceo clauso, demum aperto, stipite obsoleto nigrescente.

Peziza granulaeformis. *Schum. Saell.* p. 435.

In ligno subputrido. Septemb.

123. *micacea*, congesta minutissima sessilis, cupulis tenerrimis farinoso-subtomentosis pallide helvolis.

In caule Cardui *nutantis* a D. Chaillet et sub nomine *chrysocoma* Bull. missa. Late disseminata, dilute cinnamomea, subnitens, nonnunquam tota pallida, arenuliformis.

124. *armeniaca*, gregaria substipitata, cupulis globoso-subturbinatis pubescente-farinaceis subcinnamomeis.

Rarissime ad ligna exsiccata. Juniores subglobosae, villosae, albicant; adultae magis pulveraceae, subfulvae.

125. *cinnamomea*, erumpens fasciculata, cupulis carnoso-coriaceis pubescente-farinaceis rubiginoso-lateritiis, disco superficiali. — *Decand. Flor. Gall. Suppl.* p. 23.

Hab. in principatu Neocomensi ad quer-

cuum caudices. Majo. Furfure lateritio quasi obtecta, 1 - 2 lin. lata, margine undulata.

126. *Piceae*, sparsa minuta suburceolata pulveraceo-pubescens grisea aut dilute cinerea, disco plano nigrescente.

Hab. in Pini *Piceae* foliis in monte Juratensi. *Chaillet.*

127. *tumida*, sparsa, cupulis subcoriaceis depresso-ventricosis, disco tumido nigrescente, externe tenue-tomentosis opacis gilvo-pallidis.

In sarmentis Vitis *viniferae* rarissime inventa a cl. Chaillet.

Ab initio, fere ut in sequente, tota clausa videtur, saltem tomento involuta, in medio dein aperitur ore circulari, discus tandem conspicitur qui est superficialis seu prominens, rugulosus quasi et immarginatus. Latitudo fungilli linearis.

128. *amorpha*, sparsa et subconfluens majuscula, cupulis subcoriaceis depressis subflexuosis tomentosis rufescente-pallidis. *Syn. fung. p.* 657. *Decand. l. c. p.* 25.

Ad caudices *Abietis*, in regionibus magis montosis, alpestribus provenit.

Aetate juniore tuberculiformis et tota villosa; adulta in cupulam expanditur saepe irregularem et passim cum vicina confluentem, latitudine 2 - 3 linearem.

Obs. Haecce species, quoad structuram melius examinata, ut genus proprium ad familiam *Thelephorarum* referri forsitan deberet et cui adnumeranda esset Thelephora *evolvens*, junior subrotunda clausa, dum evolvens cupulaeformis, extus margineque pallida tomentosa, disco glabro obscuriore (in ramis Betulinis crescens). *Fries Obs. Mycol.* 1. *p.* 154. *t.* 10.

**** Tapesia. *Cupulae* **in subiculo villoso aut submembranaceo insidentes.**

* *Cupulis tomentosis.*

129. *aurelia*, sparsa sessilis subventricosa aureo-rubiginosa, subiculo tenui niveo.

Species pulchella innascitur foliis deciduis fagineis, vere in Vogesia ubi a D. Mougeot reperta. Color in fungillo recente aurorae. Cupulae majusculae, submembranaceae, subcrispatae, 2 lin. latae.

130. *stipata*, substipitata turbinata incrustans tomentosa ferruginea, exsiccata crispa subiculo tenui.

Peziza anomala. var. 1. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 29. P. rugosa. *Sowerb. fung.* *t.* 369. *f.* 3. ?

Satis frequens in lignis, ramis et in fissuris corticum sese propagat. In statu sicco ejus habitus ita mutatur, ut alius generis speciem putares.

131. *domestica*, gregaria sessilis rufo-ferruginea? cupulis teretiusculis obovatis subtomentosis, subiculo tenui albicante. — *Sowerby t.* 351.

Ad parietes humentes calce illinitos in Anglia observata. Subiculum gossypinum, vel submembranaceum.

132. *rufiberbis*, gregaria sessilis, tomento spadiceo insidens, intus ex albido carnea, extus barba laete rufa hirsuta. *Consp. fung. p.* 329.

In ligno duro, humi jacente, Martio, in Lusatia. Cupulae concavo-planiusculae, subdifformes et subconfluunt, lin. 1 latae. *Consp.*

133. *tephrosia*, sessilis, cupulis confertis teretiusculis tomentosis cinereis, subiculo subdenso concolore.

Peziza anomala, var. poriaeformis. *Syn. fung. p.* 656. *Decand. Flor. Gall.* 6. *p.* 26.

In salice cava, olim prope Gottingam, a me inventa. Subiculum habet a 4 lin. ad unc. 1 $\frac{1}{2}$ latum, irregulariter effusum. Cupulae etiam subdense conglomeratae, sed formam regularem conservant. Color subumbrino-cinereus, in subiculo dilutior.

134. *conspersa*, cinerascens pulvere albicante adspersa, cupulis subhemisphaericis concavis parum distantibus.

Thelebolus hirsutus. *Decand. Flor. Gall.* 2. *p.* 272. et *Ejusd. Syn. pl. p.* 56.

Rarius progerminat in cortice arborum. Cupulae breves, subcrispae. Species nitida.

135. *caesia*, conferta, cupulis villosis applanatis basi in membranam villosam cohaerentibus, disco subtremelloso caesio. *Syn. fung. p.* 657. *Decand. Flor. Gall.* 6. *p.* 25.

Peziza Lichenoides. *Ic. et Descr. fung. p.* 29. *t.* 7. *f.* 1.

P. *caesia*, gregaria, pileo sessili acetabuliformi intus caesio, extus candido villoso, basi pilis longissimis constructo, sporidiis globosis. *Ditmar. Fung. Germ. p.* 63. *t.* 51.

Ad ligna quercina, in Germania et Gallia, sed rara.

136. *Rosae*, cupulis sparsis orbicularibus concavis subtomentosis spadiceis, subiculo concolore. *Obs. Mycol.* 2. *p.* 82. *Decand. Flor. Gall. Suppl. p.* 18.

Ad cortices ramorum Rosae praesertim *caninae*. Cupulae suburceolatae margine inflexo, ore minuto hiant, demum fere glabrae fiunt. Sequenti valde affinis species.

** *Cupulis glabris.*

137. *fusca*, cupulis glabris sparsis subapplanatis cinereis, subiculo latissimo fusco. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 29. *Decand. l. c. p.* 18.

In

In truncis et ramis aridis crescit. Cupulae marginatae, saepius applanatae et P. *cinereae* similes, cum qua non confundenda est haec species. Subiculum tenue, sed compactum, 2 - 3 unc. latum.

138. *Pruni avium* (obscura), subiculo lato nigro, cupulis minutis sparsis concoloribus: ore subconnivente albicante. *Obs. Mycol. 2. p. 82.*

Peziza fusca, β. obscura. *Decand. l. c. p. 18.*

Hab. minus frequens supra corticem laevem Pruni *avium*, quem obtegit tomento tenui nigrescente. Cupulae profundius excavatae, subflexuosae, margine contractae.

139. *lateritia*, cupulis nigris majusculis glabris, subiculo denso lateritio immersis.

Rarissime circa Parisios ad ligna reperta. *Racodium* refert ob tomentum crassum, cui vero cupulae, quae planae aut subconcavae sunt, sat profunde immersae observantur.

140. *sanguinea*, cupulis minutis nigris glabris, subiculo compacto subtenui rubro. *Syn. fung. p. 657. Nees Syst. 2. p. 67. t. 37. f. 271.*

Exoritur praesertim in assulis ligneis, locis sylvaticis apertis. Crustam non latam sis-

tit, ex tomento tenui constructam. Cupulae patellaeformes.

141. *ferruginea*, cupulis hemisphaericis ferrugineis majusculis elevatis, tomento tenui subcapillari adnexis. *Tab. 1. f. 7. et 8.*

Ad ramulos quercinos, in umbrosis dejectos. Cupulae campanulatae, margine tumido. Subiculum, an potius radiculae? fibrillosum. Species pulchella, sed semel modo reperta, curatius examen hinc meretur.

142. *testacea*, subiculo latissimo granuloso-villoso argillaceo, cupulis testaceis margine granulosis.

Peziza byssiseda. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 309.*

In Sueciae lignis pineis vegetat. Cupul. minutae sparsae, plano-concavae.

143. *flexuosa*, subiculo contexto albido, cupulis subtumidis flexuosis carneo-pallidis.

In sylvis supra terram, inter stipites et muscos rarior provenit. Faciem habet *Lichenis* cujusdam exempl. gr. Lichenis *tartarei. Lin.*

144. *confluens*, cupulis aggregato-subconfluentibus aurantiacis, tomento albido evanescente insidentibus. *Obs. Mycol. 2. p. 81. t. 5. f. 6. Consp. fung. p. 337.*

Oritur tam in sylvis ad loca, ubi ligna conbusta fuerunt, tum alibi ad terram post ae-

dificiorum infausta incendia, passim quoque in caldariis observatur supra tubos fumiferos lutarios. Cupulae minutae, ceraceae, flavo-aurantiace, etiam miniatae.

β. rosella, sessilis glabra sparsa incarnato-rosea, cupulis carnosis minutis concavis, subiculo tenui fibrilloso. *Ehrenb. Sylv. Mycol. p. 29.*

Ab auctore in loco quoque adusto, cum P. *confluente* reperta, a qua ut speciem separavit.

δ. lilacina, cupulis congestis vinoso-lilacinis.

Subspeciem hanc, autumno, in locis non adustis, sed in ambulacris sub Ulmis vidi. Color ejus est plerumque vini rubri aqua diluti.

145. *xanthosia*, subiculo intertexto pallescente, cupulis? tenuissimis applanatis vitellinis. †

Ad ligna exsiccata semel inventa. *Myrothecium* refert, verum receptacula subtremellosa quidem videntur et immarginata, sed non materia soluta obtecta.

146. *porioides*, late effusa nivea, cupulis hemisphaericis glabris dense congestis, membranae tomentosae semi immersis. *Consp. fung. p. 327. t. 6. f. 5.*

In Lusatia superiore, in corticibus lignisque abiegnis, humi jacentibus, detectus pecu-

liaris hic fungus, a ceteris hujus generis speciebus parum aberrans.

Genuinam tamen sistit *Pezizam* *), dicunt cl. Auctores. Cupulae minutae, carnosae, valde regulares, extus filis byssinis membranae communi passim affixae sunt, supra quam plus minusve prominent. Membrana (subiculum) haecce tenuis quidem, sed tamen firmiuscula, candida, ejusque margo nunc subaequalis, nunc fimbriato-laciniatus, ultra 3 unc. lata. *Consp.*

†††† Phialea. *Cupulae* carnoso-ceraceae passim subtremellosae glaberrimae, saepius stipitatae.

147. *Phiala*, majuscula stipitata cyathiformis sordide lutea, margine integerrimo. *Flor. Dan. t. 1078. Fries, l. c. 1. p. 166.*

Hab. in Dania et Suecia ad ramos alneos Cupula 3-4 lin. lata. Stipes brevis.

---

*) Cl. Fries proprium ex hac specie constituit genus, *Porotheleum* ab eo dictum et sequenti modo definitum:

Pileus resupinatus, expansus, papillosus: *papillis* distinctis superficialibus, mox depresso-porosis.

Et speciem appellavit Porotheleum lacerum. Vid. Ejus *Observ. Mycol.* 2. *p.* 272. Ad novum suum genus? etiam retulit Boletum *fimbriatum. Syn. fung. p.* 546. qui vera *Polypori* species est.

147. *Pocula*, magna hemisphaerica subspadicea, stipite sublongo tenui. *Syn. fung. p. 659.*

Hab. in Suecia. Cupula ½ unc. lata. Stipes 1 - 2 lin. longus.

148. *Ciborium*, stipitata magna digitaliformis spadicea aut cinnamomea. *Flor. Dan. t. 1078. f. 1. Fries Obs. 1. p. 166.*

Prov. in uliginosis. Cupula primo ventricosa, dein campanulata, ½ unc. lata. Stipes unc. 1. longus, basi fibrillosus.

149. *Friesii*, gregaria rufescens, cupula infundibuliformi, stipite longissimo flexuoso spadiceo. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 307.* Peziza *Ciborioides.*

Ad culmos in uliginosis primo vere. Cupula subtenax erecta, demum subcrenulata, 3 lin. circiter lata. *Fr.*

150. *firma*, submagna dilute umbrina, cupula infundibuliformi, dein dilatato-repanda, stipite sublongo basi nigrescente. *Syn. fung. p. 658.*

Peziza ochroleuca. *Bolt. fung. t. 105. f. 1. Sowerb. t. 115.*

In umbrosis ad truncos et ramos. ½ unc. lata, subtenuis. Stipes 3 - 4 lin. altus.

* *flavescens*, stipitata glabra, cupula planiuscula difformi, stipite basi attenuato. *Viborg in Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 27. t. 11.*

Hab. in Dania ad ramos putrescentes. Antecedenti forma ac magnitudine similis.

151. *virgultorum*, subcaespitosa media, primo globosa alba, demum plano-convexa pallida, margine acuto, stipite longo flexuoso, basi lignoso umbrino. — *Schum. Saell. p. 431.*

Ad caules plant. majorum, etiam in stipitibus et ramis dejectis, non infrequens. P. *ochroleucae* Bolt. (*firmae*) affinis. *S.*

152. *Tuba*, stipitata tota lutea, cupula limbo plano, stipite filiformi. *Bolton fung. p. 106. t. 106. f. 1.*

Hab. in Angliae uliginosis, ad ligna putrescentia. Exacte tubiformis, $\frac{1}{2}$ unc. lata.

153. *explanata*, stipitata demum glabra subfusca, cupula planiuscula, margine denticulato. *Holmsk. fung. Dan. 2. p. 35. t. 17.* †

Hab. in Dania, autumno, in ramis putridis. Ab initio tenuissime pilosa, dein villositatem exuit, et explanatur, latitudine 4 linearum. *l. c.*

154. *echinophila*, majuscula badia, ab initio subplana, dein infundibuliformi, stipite subtomentoso dilutiore.

Peziza echinophila. *Bull. champ. 2. p. 235. t. 500. f. 1.*

Hab. ad vetusta (anni praeteriti) involucra Castaneae *vescae*, sed sat rara. Stipes lon-

gitudine varius pro fungi situ. Cupula 2 lin. fere lata.

155. *Infundibulum*, stipitata semiglobata farcta, parum excavata, fusco-ferruginea, stipite sursum incrassato cum cupula confluente. *Batsch El. fung. p. 211. t. 27. f. 147.* †

Peziza calyculus. *Sowerb. t. 116. Syn. p. 660.?*

Circa Jenam in ramulo demortuo, orta. 3 lin. magna. Quoad formam antecedenti exacte similis; sed color et locus differunt.

156. *Buccina*, gregaria majuscula infundibuliformis obscure flava, stipite incrassato subincurvo. *Syn. fung. p. 659.*

Rarius ad ligna et ramulos abietinos. Pro diversa aetate, forma valde varia. Juniores incurvo-clavatae, adultae campanulatae.

157. *merulina*, carnoso-tremellosa vitellina, cupula infundibuliformi, externe plicata: plicis longitudinalibus.

Rarissime ad Salices inventa. A latere conspecta Merulium refert ob plicas in stipitem decurrentes. Latitudine 2 lineae.

158. *bolaris*, majuscula subsolitaria, cupula hemisphaerica subinfundibuliformi subochracea, disco badia, externe rugoso-venosa, stipite breviusculo nigricante. *Syn. fung. p. 658. Batsch El. fung. p. 221. t. 28. f. 155.*

Passim ad ramulos aridos. Stipes firmus, $1\frac{1}{2}$ lin. longus. Cupula totidem lata, in sicco margine subinvoluta, valde regularis.

159. *Digitalis*, stipitata tenuis submembranacea, cupula pendula digitaliformi, intus ex albo caesia, extus umbrina (cervina). *Consp. fung. p. 315. t. 5. f. 1.*

P. *cervina*, cespitosa cervina, cupula tenui subfarinacea, margine inflexa, intus pallida. *Syn. fung. p. 647.?*

Hab. in Germania, Helvetia et Vogesia ad corticem Pini *Piceae.*

"Stipes 1 - 2 lin. longus, incurvus, tenuis, umbrinus. Cupula $\frac{1}{2}$ unc. fere alta, 2 lin. lata, margine erecto, basi obliqua, hinc subventricosa, nunc laevis, nunc fibrillis parcis oppressis striata. E cupulis farina albida (sporulae conglomeratae) copiose saepius effusa simul adest in cortice." *Consp.*

160. *Perula*, sparsa parvula, cupula submembranacea elongata infundibuliformi albida (exsiccata nigrescente), stipite brevi nigrescente.

Semel inveni in umbrosis uliginosis ad caules aridos Angelicae *sylvestris*, autumno. Forma marsupii. Cupula ore lato aperta, 2 lin. alta, substantia tenuissima.

161. *lacera*, stipitata membranacea parva albida, cupula campanulata, intus rugoso - ve-

nosa, demum multifido-lacera: margine subrevoluta. *Consp. fung. p. 316.* (P. membranacea.) †

Cresc. ad stipites semiputridos humidos, praesertim *vitis*, autumno. Cupula albida, aut flava, extus cum stipite tenui brevi cinereo-nigricans, fibrillis densis striata, 3-4 lin. alta. An *Meruliis* affinior. *Consp. l. c.*

162. *Capula*, stipitata campanulata, membranacea subdimidiata? nivea, limbo difformi subsinuato, stipite tenui. *Viborg in Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 41. t. 22.* †

β. cernua, sparsa albido-pallida, cupula cyathiformi cernua, margine ut plurimum laciniato: laciniis subinvolutis, stipite breviusculo demum umbrino. *Schum. Saell. p. 421.*

"In lignis putrescentibus Sambuci *nigrae*, in Dania, mense Augusto. Infundibulum minimum refert, adolescens vero forma est globosa ore rotundo, et interdum usque ad stipitem fisso; tandem adulta oblonge campanulata, modo dimidiata, modo obliqua." *Viborg.*

Obs. Ni fallor, potius ad familiam Thelephoream spectat et forsitan species subgeneris *Epibryi.*

163. *laciniata*, cupula hemisphaerica subventricosa umbrina, margine stellatim fisso, stipite brevi fusco. *Consp. fung. p. 333. t. 7. f. 6.*

Nasc. in foliis Salicis *Capreae*, locis humentibus Aestate. 2 lin. lata, venis eleganter reticulata. Stipes ½ lin. longus subincurvus. Fungillus patulus Didermatis *stellaris* peridium non male refert, sed fructificat more Pezizarum fumo semineo crebro avolante. *Consp.*

164. *cernua*, parva stipitata, cupulis infundibuliformibus coccineis cernuis. — *Mich. N. Gen. pl. p. 205. t. 86. f. 12.*

Tempore brumali, per montis Senarii saltum, in Italia supra emortua ligna olim inventa a Michelio.

165. *Calicium*, gregaria stipitata glabra disco flavo, extus stipiteque subadscendente albis. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 305.* (P. bicolor).

Peziza bicolor, var. *Sowerby fung. t. 369. f. 1.*

Hab. in Anglia et Suecia ad ligna, 2-3 lin. alta. Elegans species *Calicium* refert. Nomen *bicolor* jam plures gerunt species, hinc mutandum esse mihi videtur.

166. *Subulipes*, cupula hypocrateriformi lateritia, stipite longissimo tenui.

Peziza subularis. *Bull. champ. 1. p. 236. t. 500. f. 2. Decand. Syn. pl. Gall. p. 17.*

Super semina semiputrida Helianthi *annui* et Bidentis *tripartitae* oritur. *B.*

167. *fructigena*, gregaria pallida, cupula carnosa subinfundibuliformi hemisphaerica, sti-

pite longo subflexuoso deorsum attenuato saepiusque incurvo. *Obs. Mycol. 1. p. 42. Bull. t. 228. Sowerby t. 117.*

P. *fructigena*, patellaeformis lutescens, disco fuscescente, pedicello longo flexuoso, basi floccosa adhaerente, sursum incrassato. *Nees ab Esenbeck System. 2. p. 71. f. 272.*

Hab. in sylvis frequens ad glandes quercinas, aut ad ramulos siccos.

Obs. Pez. *Calyculus* Batsch. El. fung. t. 12. f. 57. et *Carpini* Batsch El. p. 215. f. 150. nec non Pez. *convexa* Holmsk, Fung. 2. p. 54. t. 16. non differre videntur. Etiam sequens hujus tantum varietas videtur.

* *salicina*, ochracea suberumpens, cupula flexuosa, stipite longiusculo tenui recto. *Syn. fung. p. 663.* (Ad ramos Salicinos).

168. *Caucus*, unicolor pallide fuscescens, cupula vasculiformi margine erecto, stipite crassiusculo cupula breviore. *Rebent. Flor. Neomarch. Prodr. p. 386. t. 4. f. 17.*

Peziza amentalis. *Schum. Saell. p. 418.*

Hab. in Germania et Dania, vere, in amentis deciduis putrescentibus Populi *albae.*

Quoad *iconem*, Cupula est majuscula, vasculiformis, spadicea; et stipes filiformis, saltem ratione cupulae, valde tenuis.

169. *pyriformis*, cupula globoso-turbinata sor-

dide flavescente, stipite elongato filiformi albido. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 308.*

β. Octospora pyriformis. *Hedw. Musc. p. 32. t. 10. f. 8.*

Ex alis foliorum quorumdam muscorum (Bryi *ligulati* et *palustris* praesertim) propullulat. Cupula subdepressa, flavo - fuscescens margine concolore Fr. (ex Hedwigio margine albido).

170. *Campanula*, parva, cupula membranacea campanulata flava, stipite filiformi subbrevi. *Nees Syst. 2. p. 71. t. 38 f. 295.*

Hab. . . . Color pallide citrinus. Cupula erecta ore lato apperta.

171. *Cyathoides*, sparsa parva albido - pallens, cupula subcarnosa globoso - cyathiformi, stipite longiusculo, deorsum subcrassiore. *Syn. fung. p. 662. Bull. p. 250. t. 416. f. 3.*

Peziza Solani. *Obs. Mycal. 2. p. 80.*

Non infrequens in caulibus herbarum. Minuta, stipite pro ratione longo donata, colore passim incarnata. Quomodo sequens differat, non perspicio.

* *tenella*, infundibuliformis tenuis candida demum lutescens, pedicello filiformi. *Nees l. c. p. 71. f. 294. Batsch El. p. 150. f. 151.*

172. *Scutula*, gregaria major luteo - rufescens, cupula orbiculari, utrinque planiuscula, margine prominente, stipite sublongo tereti.

Peziza *herbarum*. *Nees*. t. 38. f. 282. cupulae formam et colorem non male refert.

Etiam ad caules plantarum crescit. Antecedente multo major est, et ab ea cupula hypocrateriformi, dilatata, nec non colore opaco, obscure helvolo differt, vix tamen ut species distincta salutanda.

173. *julacea*, majuscula brunnea, cupula hemisphaerico-patula, stipite firmo longitudine vario. †

Peziza amentacea. *Balb. in Act. Acad. Taurin. vol. 2. t. 2.*

In sylvis vineae *Bianze* prope Taurinum inventa. In solis amentis putrefactis Betulae *Alni* interdum sub tellurem (?) degit, et tunc stipitata, modo autem iisdem teiluri solum instratis amentis insidet, tuncque sessilis est. B. — Cupula, quae cerea dicitur, quoad iconem 2-3 lin. lata, semiorbicularis, et stipes ½ unc. longus.

174. *Cacaliae*, sparsa turbinata firma glabra fuscescens (dilute fumosa), ore albidiore subconnivente, stipite sublongo crassiusculo.

Cresc. in caulibus Cacaliae *albifrondis* in Vogesia. Forma P. *Serratulae*, sed glaberrima, subnitens. Substantia duriusaula. Juniores albidae; adultae subinfundibuliformes.

175. *clavata*, majuscula pallide fuscescens gla-

bra, stipite crassiusculo cum cupula in clavam confluente.

Aestatis initio ad caules herbarum majorum rare provenit. Cupula in valde adultis etiam ventricosa, plerumque infundibuliformis, colore griseo-cervina, opaca.

176. *Urticae*, stipitata sparsa, cupula submembranacea hrmisphaerica basi protracta, ex albo dilute fuscescente, stipite longiusculo.

Majo reperta ad caulas aridos Urticae *dioicae*, locis umbrosis secus muros. Calyculum refert ore subcontracto; exsiccata crispa aut subplicata fit et quasi tenui pulvere conspersa; magnitudine communi minorum.

177. *convivalis*, stipitata glabra, cupula infundibuliformi albicante. *Batsch Elench. fung. p. 122. no. 16. Mich. Gen. pl. p. 205. t. 86. f. 14.*

Hederae foliis innascens olim observata a Michelio. Poculiformis, 2-3 lin. alta, stipite longiusculo instructa.

178. *subulata*, minuta sparsa albido-fusca, cupula primo turbinata, demum cyathiformi, margine tunido, fauce (?) dentibus subulatis primo conniventibus coronata, stipite breviusculo incurvo. *Schum. p. 418.* †

Fungillum hunc rarissime in stipitibus, loco umbroso humido dejectis, legit Auctor, m. Octobri.

179. *radiata*, parva stipitata albido-pallens, margine dentibus setaceis erectis coronata, stipite longiusculo incurvo. *Obs. Mycol. 2. p. 86. Syn. fung. p. 662.*

Peziza denticulata. *Flor. Dan. t. 1016.*

Peziza coronata. *Bull. Champ. p. 251. t. 416. f. 4.* (Color male dicitur ferrugineo-fuligineus).

Aestatis fine ad caules herbarum majorum, passim ad ramulos crescit. Color primo albus, dein pallescit. Stipes 1-2 lin. longus.

180. *coronilla*, stipitata glabra alba, cupulis subhemisphaericis, margine dentibus subtriangularibus cincto.

Peziza inflexa. *Sowerb. t. 306.* non multum differt. *Bolton fung. t. 106. f. 2.* dimidio major est.

Autumno rarius ad caulem Urticae *dioicae* hanc speciem inveni, quae antecedente paullo major est, et ab ea forma dentium praecipue differt. Stipes sat longus, subincurvus.

181. *Cyathus*, sparsa, cupulis subcylindricis fuscis, intus pallidioribus, ore denticulato connivente, disco albido. *Nees in Martii Flor. Erlang. p. 463.*

In ramulis Betulae *albae* reperta. Cupula membranacea, ½ lin. lata, extus rimuloso-substriata. *l. c.* An stipitata? an sessilis?

182. *Chailletii*, sparsa sessilis, cupulis sub-urceolatis carnosulis gilvis, margine denticulato nigrescente.

In Principatu Neoburgensi observata a felicissimo plantarum cryptogamicarum praesertim fungorum indagatore Chailletio ad caules Angelicae *sylvestris;* in Vogesia etiam provenire videtur in Gentiana *lutea.*

Juniores suburceolatae fuscescentes; adultiores magis depressae subventricosae, aqua irrigatae subturgidae et margine dentibus subtriangularibus erectis distinctius ornatae; in statu sicco, concavo-delapsae margine subinflexo. Color subcervinus aut pallide fuscescens. Species bene distincta, nec cum Sphaeria (?) *Patella* (Peziza *Ligustici* Decand.) confundenda, cui primo intuitu non valde dissimilis est.

Obs. Quinque quae praecedunt species, sub divisione particulari (*Odontoloma*) ob cupulae marginem dentatum enumerari merentur.

183. *Persoonii*, cupula urceolata aurantiaca, margine prominente membranaceo (scarioso) albido, stipite cylindrico roseo. *Tab. XII. f. 1.*

Elegantem plantulam una cum delineatione sub nomine imposito transmisit cl. Mougeot, aestate, in pratis uliginosis ad *Equiseta* arida detectam sed rarissime. Cupula lin. magna

na subventricosa, aurantio - rubra, basi dilutior. Thecae 5 - 6 - 8 - sporae. Stipes brevis.

184. *rhodoleuca*, gregaria stipitata albido - rosea, cupula orbiculari marginata utrinque plana. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 306.* †

Vere, in stipitibus Equiseti *arvensis*, locis humidis dejectis crescit. Substantia valde tenuis et forte *Helotii* species. Stipes tenuis, interdum 3 lin. longus. Cupula 1 - 2 lin. lata, orbicularis. *Fries.*

Diversitas ab antecedente satis luculenta videtur, licet loco natali et colore ambae inter se conveniant.

185. *Calopus*, sparsa, cupula urceolata flavicante, stipite firmo elongato roseo. *Fries Obs. Myc. 2. p. 307.*

In Suecia ad ramulos occurrit. Stipes teres, aequalis. Cupula flavicans, rarius rosea, demum explanata, lin. 1. lata, duplo longior. *Fries.*

186. *Mougeotii*, gregaria conferta subsessilis; cupulis tereti - ventricosis (suburceolatis) cum stipite confluentibus, disco planiusculo aurantiaco, margine tenuissimo fimbriato albicante. *Tab. XII. f. 5.*

Quoque in Vogesia habitat in montium summitate prope nives liquescentes, ad terram sed substrata crusta quadam pulverulenta. Species pulchra, minuta, carnosa, hinc vix excava-

ta, margine scarioso lacero. Stipes non distinctus et cum cupula confluit.

187. *cupressina*, substipitata flavo - rufescens, cupulis carnosis, primo clavaeformibus dein hemisphaericis, stipite crasso basi villoso. — *Micheli Gen. pl. t. 86. f. 20.*

Peziza rufa, γ. cupressina. *Syn. fung. p. 667.*

In Italia secundum Michelium in Cupressi foliis nascitur, his in locis ad folia Juniperi *Sabinae* inventa a D. *Thuillier.* Multam habet affinitatem cum Peziza *pithya*, sed dimidio minor, et fere glabra nec non carnosa est, etiam agmine denso folia investit, colore laete flavo oculos alliciens.

188. *mellina*, dispersa sessilis, cupulis subcarnosis profunde concavis luteo - cerinis glaberrimis, basi villo albo subdivergente cinctis.

Hab. ad corticem abietinum prope Neuchatel. Cupulae majusculae suburceolatae, apertae, ceraceae, colore dilute flavo veloque basilari, qui vero non subiculum format, distinctae.

189. *Scleropyxis*, majuscula cervina vel gilva, cupulis subcartilagineis late apertis subobliquis intus albido - pallentibus.

Ex Helvetia eam habeo, ubi in caulibus plantarum, semper fere in consortio cum Scleroglosso *conico* aut ejus varietate adest, et

quoad naturam ad hujus familiam pertinere videtur. 2 lin. lata.

190. *aeruginosa*, substipitata glabra aeruginosa subinfundibuliformis, margine subrepando, disco concolore aut albido. *Syn. fung. p. 662. Consp. fung. p. 334.*

Helvella aeruginosa. *Sowerb. fung. t. 347. Flor. Dan. t. 534. f. 2. Syn. fung. p. 617.*

Hab. passim in ligno quercino aut betulino aerugini tincto, autumno. Majuscula, parca.

191. *Urceolus*, stipitata, extus brunnea nigro-striata, intus fuligineo-nigricans, ore contracto erecto. *Consp. fung. p. 332. t. 3. f. 4.*

Vere in ramulis alneis decorticatis. Substantia subcoriacea, ab initio ore clauso pyriformis. Stipes crassus.

192. *elatina*, firma, recens virescens, sicca fusco-aenea, extus nigro-striata, margine lato inflexo, stipite crasso mediocri in cupulam concavam intumescente. *Consp. fung. p. 330. t. 2. f. 3.*

Vere nascitur ad ramos Pini *Piceae* emortuos. Cupula crassiuscula, obconica, 3 lin. lata, extus subfibrillosa, margine interdum subserrata. Primo fusco-virens, dein tota viridis, in disco demum explanato sordide lutescens, vel olivascens. *Consp.*

193. *fascicularis*, caespitosa sessilis opaca, cupulis tenuibus patentibus subhemisphaericis difformibus rugosis sordide olivaceis extus nigris. — *Consp. p. 315. t. 12. f. 2.*

Innascitur corticibus Populi *Tremulae* putrefactis. Cupulae 2 - 4 lin. latae, admodum irregulares, intusque valde plicatae. *Consp.*

194. *uveata*, cespitosa dilute fusco - umbrina subhemisphaerica concaviuscula, margine tumido, stipite brevissimo crassiusculo apice dilatato. *Schum. Saell. p. 430.*

Hab. in Dania et Suecia, in fibrillis aridis graminum, ad agrorum margines. **Julio.**

195. *ochracea*, gregaria subcaespitosa, primo elongata clavata turbinata, demum disco plano ochraceo, margine tumido subtusque pallido in stipitem sublongum tenuem flexuosum desinens. *Schum. l. c. p. 431.*

Octobri in ramo dejecto subputrido Sambuci *nigrae* inventa. Lin. 1. lata. Stipes $2\frac{1}{2}$ lin. longus. *S.*

196. *serotina*, subgregaria majuscula laete flava, cupula subtenui planiuscula, stipite brevi. *Syn. fung. p. 661. Consp. fung. p. 331.* †

Ad ramulos dejectos, autumno. "Stipes constanter praesens, 2 - 3 lin. plerumque longus, firmus, crassiusculus, concolor. Cupula in junioribus aeque ac in adultis convexo - plana, 2 - 4 lin. lata." *Consp.*

197. *citrina*, conferta subconfluens citrina, cupulis carnosis concavo-planis, stipite crasso brevi obconico dilutiore. *Syn. fung. p. 663. Batsch El. fung. t. 39. f. 218. Hedw. Musc. frond. p. 28. t. 8. f. 3.*

Peziza aurea. *Sowerb. fung. t. 150.*

Ubivis frequens, autumno, supra truncos caesos, aut eorum assulas, in sylvaticis. Substantia firma, crassiuscula. Exsiccata subrufescit in disco depresso. Juniores excavatae; adultae convexiusculae; per marginem vix ullum, cum vicinis saepe coalescunt.

β. *albicans*, subsparsa fere sessilis, primo concava hemisphaerica alba, demum applanata aut subconvexa, disco sublutescente.

Ad ramulos aridos quercinos passim.

γ. *filicina*, substipitata, cupula excavata aurantia, stipite firmo pallidiore. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 306. β.*

Hab. in Polypodiis putridis, locis umbrosis, roridis. An species distincta?

* *lenticularis*, gregaria adpressa laete flava, stipite vix ullo papillaeformi nigrescente. *Syn. fung. l. c.*

Ad truncos quoque provenit, et *var.* antecedentis modo videtur. Juniores excavatae, adultiores lentiformes.

* *nigripes*, gregaria parva concavo-plana aquo-

se pallida, stipite longiore nigrescente. *Syn. p. 661. Consp. fung. p. 332.*

Non tantum in truncis semiputribus abietinis gregaria aut subsparsa occurrit, sed et in foliis deciduis *Pseudoplatani*, autumno et vere. *Consp.* In eodem libro etiam enumeratur *var. cellaris*, cupula fere plana subdifformi sordide lutescente. Ad ligna in cellis inventa, mense Jan.

198. *pallescens*, conferta glabra minor dilute flava aut albido - pallens, cupula concava, stipite brevi crassiusculo. *Obs. Mycol. 2. p. 85. Sowerby t. 151.?*

Peziza lenticularis. *Hoffm. Flor. Germ. 2. t. 13.*

Hab. ad ligna exsiccata aut assulas, in sylvis, plerumque subiculo subcrustaeformi nigrescente increscens, sed etiam absque illo invenitur. P. *citrina* multo minor, sparsim crescit, substantia tenerior, sicca quasi cornea, disco semper excavata; margine tubtumido, erectiusculo.

199. *flava*, sparsa, cupula orbiculari subdepressa, intus flava, extus pallida, margine repando acuto, stipite brevissimo concolore. *Schum. p. 418. Fries Obs. Mycol. 1. p. 166.*

In Dania et Suecia vegetat in strobilis dejectis Pini Abietis. Autumno. Concaviuscula. Stipes apice dilatatus.

200. *chionea*, gregaria alba, cupula concava, stipite brevi crassiusculo. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 306.*

In foliis pineis, locis humidis, primo vere. Maxime affinis P. *herbarum*, sed cupula minor et concava est, stipes vero longior. *Fr.*

201. *nivea*, subsparsa sessilis tota alba glabra, cupulis concavis subflexuosis, margine tumido. — *Batsch El. fung. p. 117. t. 12. f. 56.*

Peziza imberbis. *Bull. Champ. t. 467. f. 11.*

Passim ad ligna et assulas obvenit. Majuscula, subplana.

202. *herbarum*, conferta subsessilis carnosa, primo albida, deinde pallens aut subrufescens, demum convexa, margine evanescente. *Syn. fung. p. 664. Fries, l. c. p. 305.*

Hab. in caulibus plant., praesertim Urticae *dioicae*.

Individua sibi valde approximata sunt, hinc subundulata caulique adpressa, stipite brevissimo instructa.

203. *epiphylla*, sparsa sessilis vel substipitata glabra convexo-plana marginata ex lutescente demum rufa. *Syn. fung. p. 699.*

Autumno in foliis delapsis et occultis, praesertim Fagi *sylvaticae* et *castaneae*. Majuscula de[illegible] subtênuis, 1½-2 lin. lata, carnosula.

204. *theiochroa*, gregaria minuta, primo orbiculata, demum explanata concaviuscula sulphurea glabra, extus margineque tumido pallido. *Schum. Saelland. p. 428.* Peziza sulphurea.

In foliis putridis Pini Abietis, Septembri. Cupula deorsum stipitiforme protracta. *S.*

205. *faginea*, minuta planiuscula albida, stipite breviusculo crasso. *Syn. fung. p. 664. Consp. fung. p. 334.*

Ad pericarpia sicca faginea, locis umbrosis dejecta.

206. *laricina*, gregaria orbicularis applanata lutea, subtus nigra. *Balb. Misc. Botan. p. 58. t. 11. f. 2.*

In Pini *Laricis* ramulis prope Taurinum. Interdum stipite brevissimo praedita; ex icone 2 lin. lata.

207. *xanthomela*, gregaria sessilis, subtus margineque nigrescens, disco subconvexo lutescente. *Syn. fung. p. 665.*

In sylvis abietinis montosis ad terram se propagat. Majuscula, carnosa aut subceracea, margine lacera.

208. *leucoloma*, sparsa immersa rubra applanata, exsiccata concava, albo-fimbriata. *Nees Syst. t. 37. f. 268.*

Octospora leucoloma. *Hedw. Musc. frond. t. 4. f. 1.*

Vere, in caespitibus muscorum, Phasci praesertim *cuspidati*. Majuscula carnosa.

209. *Polytrichina*, submagna aurantiaca concava, stipite crasso longo albente.

P. leucoloma. γ. muscigena. *Conspect. fung. p.* 335.

Ex Polytrichorum majorum axillis procrescit, locis paludosis, aestate. Semunciam fere lata et alta dicitur.

210. *humosa*, sessilis subcarnosa concava laevis glabra sanguineo-rubra. *Fries Obs. Mycol. 2. p.* 309.

Peziza cartilaginea. *Sowerb. fung. t.* 369. *f. 2.?* ex Fries.

Ad terram nudam occurrit, in ericetis et turfosis. Carnosa, nec cartilaginea, 1 - 2 lin. lata. *Fr.*

211. *muscorum*, sessilis planiuscula glabra fulva, margine acuto. *Viborg-Holmsk. Fung. Dan.* 2. *p.* 48. *t.* 21. †

In Dania supra muscos oritur, autumni initio. Ob mutuam pressionem nonnunquam polymorpha, 2 lin. lata.

212. *convexula*, sparsa immersa convexa subimmarginata carneo-ochracea diluteque rubra. *Syn. fung. p.* 667.

Ad terram nudam passim, qua saepe inquinata, lin. 1. lata.

213. *aquatica*, coccinea sessilis plana vel subconvexa, margine nullo. *Decand. Flor. Gall.* 2. *p.* 76. *Hall. Helv. no.* 2245.

In trabibus inundatis, vel aquaeductu ligneo, et in ipso fundo sub aqua vegetat, qua ratione ab omnibus fungis sane differet.

214. *Capreoli*, conferta ex livido purpurascens (sicca umbrina) carnosa obconica, margine membranaceo prominente.

Aestate in sylvula Vincennes (prope Parisios) supra stercus Cervi *Capreoli*. Cupulae dense approximatae, subcrassae, lin. $1\frac{1}{2}$ latae. Deorsum pyriformis, externe subvenosa subvillosa quasi, margine acuto distincta.

215. *granulosa*, gregaria carnosa planiuscula aurantio - rubra, margine subserrata extus papillis subpellucidis rugoso - granulosa. — *Bull. Champ.* 1. *p.* 258. *t.* 438. *f.* 3. — *Flor. Dan. t.* 655. *f.* 2.

Ad stercus vaccinum exsiccatum autumno vulgaris, locis praesertim sylvaticis.

β.? *caballina*, gregaria sessilis dense conferta pallida, cupulis carnosis teretiusculis aut subventricosis crassiusculis, disco parum excavato, externe verrucosis. In stercore equino rarius.

γ. leporum, opacius rubra sordide purpurascens substipitata, constanter concava, sub-

tus rugosa, vix granulosa. *Conspect. fung. p.* 337. In stercore leporino hinc inde.

216. *membranacea*, subgregaria magnitudine media sordide lutea subvirescens, primo orbicularis depressa, demum concava, margine submembranaceo crenulato patulo. *Schumach. Saell. p.* 427.

In fimeto vaccino rarius in sylvis umbrosis. Julio.

* P. *bovina*, minor subcespitosa pallida, primo plana convexiuscula subsessilis, dein subcyathiformis: margine acuto repando, stipite longiusculo cylindrico apice dilatato. *Schumach. p.* 430. (Pez. vaccinea).

In stercore vaccino, aestate, locis umbrosis rarius. Cupula 1 - 2 lin. lata. Stipes 2 - 3 lin. longus. Ob stipitem tali in loco notabilis.

217. *ollaris*, conferta flava, cupulis crassiusculis subturbinatis externe rubrugosis, margine prominente membranaceo.

In ollis terra stercorata repletis, subhumidis, autumno. Tota sessilis et filis brevibus terrae affixa. Facie fere P. *citrinae*.

218. *argillacea*, sparsa, cupulis subgloboso-ventricosis ore contracto, basi pilis distantibus affixa. *Sowerb. fung. t.* 148. †

Inventa fuit ad argillam, ex qua caput figuratum erat. Majuscula, lin. 1 - 2 lata, sessilis, concava; unum individuum adultum inci-

so-lacerum est pictum, substantiam inde carnosam esse, autumo.

219. *Lonicerae*, minuta sessilis subbyssiseda ex albo fuscescens globulosa, ore connivente crenato. *Consp. fung. p.* 328. *t.* 11. *f.* 8.

In caudicibus ramisque Lonicerae *Periclymeni*, vere. Primo tota alba, dein, a margine incipiens, fuscescit, tandem (in siccis) fusco-nigra evadit. Cupula in aliis hirtiuscula basique tomentosa, ligno insidens; in aliis paene laevis et vix byssiseda. *Consp.*

220. *Pteridis*, sessilis minutissima subdifformis, sordide lutescens, extus subgranulosa opacior, margine laxius crenato. *Consp. l. c. p.* 538. *t.* 12. *f.* 7.

Vere ad stipites humidos semiputres Pteridis *Aquilinae*. Substantia molliuscula, exsiccata dura. Vix hujus generis, an potius Tremella?

221. *betulina*, sparsa sessilis minutissima epiphylla orbicularis convexa, dein cupularis, subtremellosa, e pallido nigricans (?) *Consp. p.* 339. *t.* 12. *f.* 5.

In fol. vetustis Betulae *albae*, vere. Sphaerulaeformis, pallens aut rufescens, in siccis umbrina; adulta e fol. prominens formam habet congenerum, hemisphaerico-concavam.

222. *sanguinolenta*, gregaria sessilis minuta glabella, dilute ochracea (pallens) ad tac-

tum cruentata. *Conspect. l. c. p.* 336. *t.* 8. *f.* 7.

Ligna varia humida ramosque alneos aut coryleos ad terram udam dejectos incolit. Intacta tota unicolor straminea, at laesa maculis rubellis pingitur. *Consp.*

223. *carnea*, sparsa majuscula sessilis glabra carneo-rufa, cupulis carnoso-tremellosis hemisphaericos, disco subdepresso, margine tumido.

Ad ligna, in Gallia, ubi nunc aggregata, nunc sparsa crescit, scutelliformis; juniores subrotundae.

224. *Alismatis*, minuta glabra sessilis carnoso-tremellosa ex cinereo-subpurpurascens, cupulis depressis, margine subcomplanatis.

Nascitur, vere, in caulibus siccis Alismatis *Plantaginis*, praeteriti anni, in aqua adhuc persistentibus. Cupulae discus passim pulvero rubello tectus.

225. *lurida*, subgregaria sessilis glabra incana, margine subtusque ex ochraceo-fuscescens subfarinosa. — *Consp. fung. p.* 337. *Syn. fung. p.* 666.

Peziza *pineti*, sessilis canescente-alba reflexa, margine ochraceo-fuscescente sublurido. *Batsch El. fung. p.* 201. *t.* 26. *f.* 140.

In acubus Pini *sylvestris* et in strobilis emortuis, Aprili-Majo. Sicca e fusco nigricat.

226. *callosa*, sessilis subinaequalis ochraceo-canescens carnosa glabra, margine crasso pulvinato subinflexo. *Batsch El. fung. p.* 95. *t.* 39. *f.* 219. †

In ligno putrido juxta cisternam aquaticam inventa. Cupula crassiuscula, disco pulvinato subnitens, in junioribus umbonato, margine calloso-tumente, demum subirregularis, lin. 1-2 lata. *B.* Sequenti nimis affinis.

227. *cinerea*, gregaria applanata subtremellosa mollis cinerascens subrepanda, margine subobsoleto. *Syn. fung. p.* 634.

P. *cinerea*, sessilis cinerea reflexa, margine crispo sinuato-lobato. *Batsch El. fung. p.* 196. *t.* 26. *f.* 137. *Sowerb. t.* 64. *Nees Syst.* 2. *p.* 67. *t.* 37. *f.* 269.

Peziza callosa. *Bull. Champ.* 1. *p.* 250. *t.* 416. *f.* 1.?

β. *pallida*, disco pallida, subtus nigrescens, margine subcrenato. *Syn. l. c.*

γ.? *albicans*, ab initio semiglobularis demum applanata ceraceo-mollis. P. subdiaphana. *Sowerby t.* 389. *f.* 7.

δ. *grisea*, sessilis obscure grisea planata, vel margine prominente concava. *Batsch. l. c. p.* 118. *t.* 12. *f.* 55.

Frequens, vere in autumnum usque ad ligna, ramulos, in sylvis. Forma item et colore

inconstans. Aqua emollita thecas suas depellit. *Nees.*

* *uda*, subtremellosa applanata sessilis livido-fuscescens. *Syn. fung. p.* 634. *Conspect. fung. p.* 307.

In ramis locis udis dejectis. *Syn.* Ad ligna varia madentia passim. *Consp.* Orbicularis, planissima, crassiuscula, 1 - 3 lin. lata. Color nunc lividus, nunc in olivaceum, in disco praesertim, vergens, subtus fuscescens, subfuliginosus. *Consp.* Conf. Pez. *callosam* Batsch.

* *Alni*, exigua sparsa sessilis, primo patellata, demum plana cinereo-caesia, margine obtusiusculo suberecto. *Schum. p.* 417.

In squamis strobilorum Betulae *Alni.* Octobr. in Dania.

228. *conigena*, minutissima orbicularis, tumidula subcinerea, margine subnullo. *Syn. fung. l. c. Consp. l. c.* †

In pinetis hercynicis ad Strobilos abietinos. *Syn.* In Lusatia reperta in fissuris truncorum aut in aliis lignis abietinis, locis sylvaticis udis, Nov. — Dec. *Consp.*

Gregaria, tumens, subpulvinata, sessilis aut substipitata, prorsus immarginata, forma regularissima, in nonnullis subsemiglobosa, convexa. *Consp.*

229. *vinosa*, minuta subtremellosa sessilis ful-

vo-carnea aut subrosea planiuscula immarginata. *Syn. fung. p. 635.*

Ad caules plantarum (Urticae *dioicae*).

Orbicularis, tenuis, nitida, $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ lin. lata, passim. Vere et aestatis fine. Non confundenda cum Tremella *lacrymali.*

Obs. P. *vinosa.* Consp. paullo diversa videtur etiam epixyla in ramis quercinis projectis. Auctores laudati libri enumerant quoque varietatem *subteres*, subcylindrica, disco concaviusculo.

230. *rubella*, sessilis carnoso-tremellosa subflexuosa incarnato-rubra, margine sublaciniato. *Syn. l. c.*

In corticibus et lignis putridis. Initio, pro multarum more, subglobosa, dein orbicularis, applanata, $1\frac{1}{2}$ - 2 lin. lata. Substantia semipellucida, attamen firmiuscula, colore carneo-rubella. *Consp.* Margo primum integer, dein serrulato-flexuosus. *Fries Obs. Myc.* 1. *p.* 163.

231. *aurea*, congesta minuta sessilis planiuscula subtremellosa fulvo-nitida. *Obs. Mycol.* 1. *p.* 41.

Peziza chrysocoma. *Sowerb. fung. t.* 152. (Color nimis pallidus).

Non infrequens ad ligna et truncos. Aestate et autumno. Cupulae subconfluunt, exsiccatae concavae, tenues.

232. *subplana*, minuta caespitosa glabra sessilis, primo globosa demum depressa subplana, margine subinvoluto, intus aurantia, externe fusco-pallida. *Schum. Saell. p. 416.*

Ad ligna putrida Pini *Abietis*, Octobri.

233. *xanthostigma*, subgregaria minuta orbicularis concava flavescenti-aurea coriacea glabra. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 166-167.*

In ligno Pini *Abietis* putrido. Cupulis tenuibus coriaceis, margine orbiculari a Pez. *aurea*, cui proxima, distincta. *Fries.*

234. *mycophila*, gregaria minuta planiuscula pallide virescens. *Fries l. c. p. 164.* †

Nascitur in *Agaricis* putrescentibus (A. *adusto*). Conf. Myrothecium viride.

Coriacea, sessilis, minuta, glaberrima, margine aequali integro, dein planiuscula, subconfluens, colore virescente-albida. *Fries.*

235. *bryophila*, tota glabra minutissima orbicularis, disco applanata, obscure viridis, exsiccata nigrescens.

In Vogesia supra muscos detritos, praesertim Jungermanniam *scalarem*. Substantia videtur subtremellosa, nam sicca crispata fit, ceterum minutissima, oculo inermi ut puncta nigra apparens.

236. *seriata*, sessilis glabra, cupulis subseriatis orbicularibus subconcavis: recentibus dilute viridibus, exsiccatis nigris, disco fusco.

Peziza *viridis.* Chaillet. In ramis quercinis, cortice denudatis, crescit. Forma regulari, satis grata, distincta. Ad minores pertinet. A sequente omnino distincta videtur.

237. *atro-virens*, sparsa subtremellosa, junior globosa viridis, adulta hemisphaerica, disco plano subcarneo. *Syn. fung. p. 635. Consp. fung. p. 308.*

In lignis putridis et siccis, carie exesis.

* *viridi-nigra*, majuscula carnoso-gelatinosa virescente-nigra subglobosa, disco cupulari concolore. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 163.*

In ligno pineo putrido, in Suecia. Differt a P. *atro-virente*, substantia firmiore, colore magis opaco, forma globosa, urceolato-cupulaeformi, et intus concolor est. *Fries.*

238. *atrata*, sessilis subglobosa glabra nigrescente-olivacea, ore connivente albicante. *Syn. fung. p. 669. Consp. fung. p. 340. Nees System. t. 37. f. 266.*

Vere ad truncos. Subglaucescens, concava, extus rugulosa.

239. *olivacea*, depresaa majuscula nigrescens externe rugulosa olivacea orbicularis, margine prominente tumido. *Batsch El. fung. p. 127. t. 12. f. 51.* †

Ad truncos, in Germania. 2 - 3 lin. lata, sessilis.

240. *Patellaria*, sparsa nigra glabra applanata

orbicularis subcoriacea, margine brevi subtumido cincta. *Syn. p. 670.*

Peziza nigra plano - patelliformis nuda. *Nees p. 66. f. 265.*

Ad ligna et ramos cortice denudatos communis. E longinquo Lecideam refert.

β. foveolans, orbicularis subnitida ligno immersa.

γ. picea, minor, primo disco pruinata, demum opaca.

δ. valvata, erumpens transversalis seu oblonga, (subhysterina) margine utrinque subapproximata valviformis.

Distincta forsitan species, paullo major, opaca, rimulosa quasi, e ligno erumpens quare compressa orta videtur. E Pedemontio misit b. *Michel*.

241. *compressa*, minutissima tenuis nigra, exsiccata compressa conchiformis. *Syn. fung. p. 670. Consp. fung. p. 340.*

Sat frequens in assulis et reliquis lignis, in sylvaticis.

Recens aut humida formam habet regularem et colorem subrufescentem externe praesertim.

242. *inclusa*, albido - incrustans, cupulis nigris ellipticis, primo ligno immersis demum suberumpentibus, margine inaequali sublacero, disco profunde concavo pallide livido.

Nascitur supra lignum Salicis *capreae*, quod eo in tractu, ubi apparent cupulae, quae situ subparallelae sunt, dealbatum, crustamque Lichenoideam simulat. Cupulae juniores ligno sunt inclusae et sphaeriaeformes. Species quoad genus parum ambigua, forsitan ad *Stictides* pertinet, sed adulta pezizoidea.

243. *nervisequa*, seriata nigra, cupulis in subiculo indurato lineari (e foliorum nervis erumpente) insidentibus.

In fol. emortuis Plantaginis *lanceolatae* cl. Mougeot reperit et hanc speciem, proveniendi modo ab aliis distinctam.

In fol. nervis observantur lineae, pariter nigrae, super quas sparsim positae sunt cupulae parvae, subcompresso-flexuosae.

244. *salicaria*, conferta sparsaque sessilis glabra erumpens varie flexuosa e spadiceo nigricans.

Hanc reperi speciem circa Parisios, vere, in ligno carioso Salicis *albae* excavatae, cui primo inmersa.

Habitu Lichenis cujusdam, sed subiculum adest nullum. Cupulae, quae minutissimae, subcoriaceae etiam sunt; nunc sparsae, plerumque vero dense aggregatae, erumpentes.

245. *obtrita*, sparsa tenuis orbicularis depressa nigra, exsiccata crispa.

Rarius ad caules plantarum majorum. Mi-

nuta sphaerulaeformis (Sph. *herbarum* similis), irrigata, distincte pezizoidea, cauli arcte appressa; sicca applanata, convexa aut subexcavata, difformis.

246. *Sphaerioides*, minutissima sparsa globoso-hemisphaerica nigra, ore subcinereo, maculae crustaeformi passim insidens. †

Semel observavi ad caulem exsiccatum Valerianae officinalis, in sylvaticis, oculo inermi vix visibilis. An var. P. *atratae?* conf. *Nees Syst. t. 37. f. 166.*

247. *strobilina*, nigra parva subconferta glabra sessilis, cupulis atris nitidis globoso-hemisphaericis profunde concavis, ore erecto.

E Germania misit cl. *Funck*, qui pulchellam hanc speciem *vasculiformem* in strobilo Pini *sylvestris* detexit.

248. *Lecideola*, minuta gregaria subconfluens concava nigra, crustae cinerascenti insidens. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 166. t. 4. f. 2.*

"Ad terram supra folia pinea in Helvetia. Cupulae punctiformes, glabrae, margine obtuso, primo aequales, dein irregulares, crustae effusae tenui insident, *Lecideis* hinc affinis est haec species. *Fr.*"

249. *viticola*, subseriata crassiuscula subcoriacea regularis sessilis, cupulis orbicularibus planiusculis margine tenui cinctis sordide nigris, disco superficiali rufo-carneo.

In rimis ramorum Vitis *viniferae* nascitur (*Cauvin*). Subiculum tenue, nigrescens, subpulverulentum simul adest, an ei proprium? Cupulae paullo majores, et iis Pez. *atro-virentis*, praesertim colore, haud absimiles.

250. *leucomela*, erumpens sessilis, cupulis subcoriaceis concavis, extus nigris, intus albidis. *Syn. fung. p. 670.*

Peziza fascicularis, β. salicina. *Conspect. fung. p. 315?*

E ramis *Coryleis* erumpentem inveni. Majuscula, substantia sicca, subtenuis, non equidem coriacea, subelevata, margine erecto.

251. *immersa*, sparsa atra minuta, terrae fere tota immersa, cupulis subglobosis margine erecto denudato. — *Sowerb. fung. t. 389. f. 2.*

In Anglia a D. *Harriman*, Lichenologo eximio, reperta, hinc non *Verrucaria* esse videtur, cum qua habitu et crescendi more convenit.

252. *Gentianae*, subgregaria erumpens minuta, cupulis concavis umbrinis nigricantibus, disco submolli griseo-albido, margine sublacero.

Hab. in Vogesia in caulibus emortuis Gentianae *luteae*. Mougeot.

Caulis epidermide lacera, solitariae aut in seriem aggregatae sunt cupulae, quae substan-

tia sunt ceraceae, disco planiusculo lutescente etiam distinctae. Sub epidermide crusta quaedam nigrescens observatur, in qua residet haec species.

253. *bicolor*, plano-patelliformis nuda extus margineque cinnamomea, disco atra. *Nees ab Esenb. Syst. 2. p. 66. t. 37. f. 294.*

Ad ligna quercina, Vere. $\frac{1}{4}$ lin. lata. Thecae minutissimae, persistunt. *N.*

254. *leucostigma*, gregaria minuta coriacea alba, disco subcinerascente. *Fries Obs. Mycol. 1. p. 165.*

"In ligno nigricante fagineo, in quo ut granula alba apparet. Concava, junior punctiformis dein subapplanata, disco subcinerascente, exsiccato flavescente, margine integro." *Fr.*

255. *Abbotiana*, sparsa majuscula hemisphaerica sessilis glabra coriacea (?), extus alba, interne laete flava. *Sowerby fung. t. 389. f. 8.* †

Hab. in Anglia ad ligna. Primo intuitu Lichenem, *ex. gr.* L. *cerinum* refert, etiam autor haesitavit, numne plantula Lichenoidea sit, sed cum nullam invenerit crustam, eam Pezizis adnumerandam melius arbitratus fuit. Cupulae lin. 1. latae, disco planae.

256. *virens*, gregaria parvula, cupulis subsparsis subrotundo-hemisphaericis excavatis unicoloribus carneo-luteis. †

P. *virens*, sparsa vel subgregaria crustae sordide virescenti insidens, minutissima glabella albida vel subcarnea, margine integerrimo. *Alb. et Schw. Consp. fung. p. 338. t. 10. f. 10.*

In sylvis opacis paludosis, minime rara incolit ligna abiegna pineaque, in maculis satis latis effusis A Lichenibus removetur substantia carnosa, in statu humido pellucida. Cupulae eumorphae, etc. *Consp.*

Obs. In specimine, jam ante plures annos, a cl. auctoribus mecum communicato, cupulae minime albae vel carneae sunt, sed colore exacte fere conveniunt, imo et forma, cum Lecidea *luteola*, a qua tamen hanc speciem diversam puto.

Peziza *diluta* α. *Syn. fung. p. 668.* verus est Lichen, nempe Lecidea *Pineti* Achar.

257. *Carpinea*, caespitosa carneo-pallens, cupulis minutis subdifformibus planiusculis in subiculo carnoso concolore aggregatis. *Syn. p. 673.*

β. *fraxinea*, cupulis subglobis, exsiccatis conniventibus.

γ. *fasciculata*, erumpens, aurea, convexa, margine obsoleto compresso. — *Tode fung. Meckl. 1. p. 20. t. 4. f. 32.* sub Tubercularia.

Non equidem rara in cortice exsiccato Carpini *Betuli*, β. in *Fraxino* rarius oritur.

Obs. Si plures detegantur species, tali gaudentes subiculo, hae in subdivisione particulari, imo subgenere, etiam propter habitum peculiarem, a ceteris separari merentur. Var. γ. distincta species videtur, etiam ob substantiam *gelatinosam*.

258. *ocellata*, erumpens sparsa orbicularis depressa rufescens, subtus pallidior, margine prominente subinvoluto. *Syn. fung. p. 667.*

Rarissime in corticibus ramorum Populi *Tremulae*, cui *immersa*, margine tantum prominente. Cupulae majusculae, glabrae, applanatae, subnitidae.

259. *Lecanora*, erumpens sparsa carnoso-tremellosa patellaeformis fulva, margine sublacero furfuraceo-albido. *Kunze et Schmidt Fung. Germanici, Fasc. 7. no. 174.*

Hab. in ramis exsiccatis Salicinis, vere, in Lusatia. Priori valde affinis, et uti illa, a reliquis Pezizis, facie parum recedit.

260. *rufa*, sessilis gregaria minuta rufa, exsiccata subferruginea, cupula crassiuscula concava. *Obs. Mycol. 2. p. 79.*

Hab. ad strobilos deciduos Pini *sylvestris* in Hercynia.

Obs. P. *rufa*, gregaria sessilis, cupula concaviuscula *rubra*, extus dilutior. *Fries Obs. Mycol. 2. p. 307.* omnino alia species est (an forsitan P. *rufa*, var. β?), nam secundum auct.

in pinetis densis ad terram crescit, ejusque cupula concava, 1 - 4 lin. lata, et sub lente ad marginem tenuissime pubescit.

261. *juncina*, sparsa sessilis glabra applanata obscure rufa, margine subprominente.

Hab. non infrequens in uliginosis ad culmos siccos, subputridos Junci *conglomerati* aut *effusi*, aestate. Minuta, adpressa, linearis.

262. *lepida*, sparsa suberumpens dura rufescens nitida, cupulis vasculosis subconniventibus.

Hab. prope Parisios, rarius ad caules plantarum, e quibus erumpere videtur, saltem iis arcte adnata stipite brevissimo. Ob substantiam compactam, ad tactum aspera, ½ - 1 lin. magna. Primo subteres.

263. *axillaris*, minuta muscigena aurantia vasculiformis sessilis, ore lato aperta.

P. *axillaris*, hemisphaerica, excavata, margine obtuso, aurantia, basi pallidior, in muscis parasitica. *Nees Syst. 2. p. 67. t. 37. f. 267.*

Oritur, vere, in axillis foliorum muscorum, (Phasci *cuspidati*, Barbulae *ruralis*) ubi, primo obtutu, pro propagulo istarum plantularum haberi posset; ceterum ¾ lin. lata est et firmula. *N.*

264. *Amenti*, sparsa minuta substipitata glabra albido-cinerascens, cupula demum convexa, margine reflexo. †

P. *amenti*, stipite brevi sursum diffuso in discum pulvinatum reflexum et cicatrice notatum, tota alba. *Batsch El. fung. Cont. 1. p. 211. t. 27. f. 148.*

Capsulis foemineis Amenti *salicini* adnata et fine Aprilis inventa. Pileus (cupula) subfuscescens, petiolus (stipes) cinereus et pellucidior. *B.*

265. *umbonata*, gregaria glabra sessilis albido-caesia, disco subgelatinoso, utplurimum umbonato. *Icon. et Descript. fung. Fasc. 2. p. 35. t. 9. f. 5.*

Ad ramos, locis umbrosis subudis; etiam in pericarpiis alneis, fagineis, pineis provenit haec species minus communis, quae substantia mollis est, colore dilute caesia, forma dolii.

266. *subteres*, gregaria glabra subcylindrica, ex albido-glauca subfuliginosa, disco laete flavo. *Consp. fung. p. 341.* †

Sub finem Augusti, in Lusatia, observata in ligno pineo. Parva et forma prioris dicitur, ejusque discus plano-depressus est.

267. *dentata*, sparsa minutissima sessilis albido-pallens subfarinacea, margine dentata. *Ic. et Descr. fung. 1. p. 5. t. 1. f. 6 et 7.*

In ligno carioso, materie virescente obducta inventa, ab initio subglobosa, dein hemisphaerica, tenera, margine dentato-incisa.

268. *serrata*, minuta albida, intus carnea, externe tenuissime pilosa, margine serrata. *Hoffm. Veget. crypt. 2. p. 26. t. 7. f. 4.*

Elvela pusilla. *Flor. Dan. t. 179. f. 3. Syn. fung. p. 668.* (ex Fries).

In ligno putrescente nascitur, primo in globulum contracta.

269. *hyalina*, gregaria minutissima sessilis subglobosa aquoso-hyalina, externe subpilosa. *Syn. fung. p. 33. Consp. fung. p. 326.*

β. granulata, mollis albo-hyalina, aetate explanata, exterius granulata. *Nees fung. 2. p. 67. t. 37. f. 270.* P. hyalina.

Ad truncos humidos ut puncta alba apparet.

γ. Typharum, gregaria alba plana margine pilosiuscula, stipite brevissimo.

In caulibus putrescentibus Typhae *latifoliae*, unica modo vice inventa, mense Julio. Minutissima, vix marginata. An destincta species?

270. *urceolata*, acaulis urceolata cinerea pilosiuscula. *Flor. Dan. t. 1017. f. 3.*

In assulis, in Dania occurrit. Albida, subventricosa, lin. 1. magna.

271. *diaphana*, acaulis subcampanulata aquoso-hyalina glabra.

Peziza hyalina. *Hoffm. Veget. in Hercyn. Subterran. p. 10. t. 6.*

Hab. in trabeculis semiputridis, in Hercyniae fodinis, ultra 100 *Lachter* a terrae superficie remotis. Lin. 1 - 2 lata, colore dilute cornea.

272. *cuticulosa*, acaulis cyathiformis membranacea alba, margine acuta. *Dicks. Pl. Cryptog. Brit. Fasc. 3. p. 22. t. 9. f. 11.*

Ad culmos putrescentes, in Anglia reperta. Quoad iconem juniores turbinatae sunt, adultae subventricosae et pendulae?

273. *triquetra*, sessilis obconica glabra flavescens, ore triquetro.

Octospora cryptophila. *Humb. Flor. Friberg. Specim. p. 111. t. 3. f. 13.*

In Saxoniae fodinis ligno saxoque adnascens copiose adesse dicitur. Gregaria, membranacea?, arhiza, catino liquefactorio similis. Substantia mollis, deliquescens. *H.*

274. *Acuum*, gregaria minutissima sessilis subfarinacea grisea, cupulis tenerrimis vasculosis, ore latiusculo.

Cresc. in foliis adhuc subviridibus Pini sylvestris, prope Neuchatel. Juveniles orbiculares, depressae, grandescendo obconicae fiunt, subventricosae.

275. *perpusilla*, gregaria albido - pallens, cupulis stipitatis tenerrimis membranaceo - subpellucidis, ore subfarinaceis.

Etiam et haec in fol. Pini *sylvestris*, inventa a D. *Chaillet*.

276. *Arenula*, glabra sessilis minutissima subglobosa, intus albida, extus subfuliginosa. *Consp. fung. p. 341.* †

In fronde putrescente Pteridis Aquilinae. Majo. Arenae granulo simillima, humens paene tota clausa. *l. c.*

277. *Scybalorum*, exigua sessilis suboblonga difformisque, margine involuto subtuberculato, intus fusca, extus nivea. *Schumach. Saelland. p. 418.*

Omnium mihi notarum minutissima, dicit autor, quae in scybalis cervinis punctuatim adspersa obvenit.

278. *inconspicua*, albida glabra teretiuscula hyalina.

In fimo equino arido, aestate, post pluvias, eam vidi, sed ita minuta, ut sub lente solummodo in conspectum veniat.

†††††† BURCARDIA. *Schmidel*, *Fries.* *Cupula* **tremellosa, aut carnoso-tremellosa, glabra, disco demum pulvinato, margine in plerisque ab initio cohaerente-clausa.**

Obs. Species majusculae, heteroclitae, quarum nonnullae sub peculiari genere separari possent, *ex. gr.* tres priores; forsan quoque P. *Turbo* et *Clavus*.

279. *inquinans*, erumpens magna atro-inqui-

nans, demum pulvinata obconica, extus rugosa subumbrina. *Syn. fung. p. 631.* cum Synonymis, quibus adde:

Peziza nigra. *Bull. champ. 1. p. 238. t. 460. f. 1. Sowerb. fung. t. 428.*

Peziza brunnea. *Batsch El. fung. t. 11. f. 50.* P. polymorpha *Anglor.*

Ascobolus inquinans. *Nees fung. t. 39. f. 296. Link Berl. Mag. 1809. p. 41.*

Hab. autumno et hyemi leni ad truncos quercinos, rarius fagineos, e quorum cortice erumpit. Juniores globulosae aut teretes, cortice exteriore omnino clausae; apice demum lacero et aperto discus denudatur, e thecis octosporis compositus, quas vero prominentes, multo minus dissilientes nondum observavi.

280. *Burcardia*, solitaria terrestris umbrina globosa, margine subcontracto, disco excavato, externe reticulata. *Syn. fung. p. 632.*

Burcardia globosa. *Schmidel Anal. pl. Man. 3. p. 261. t. 69.* An Lycop. truncatum Linn.? vid. *Act. Suec. 1812.*

Hyeme crescit in pinetis umbrosis.

"Plantula juvenilis absque rugis notabilibus esse solet, etiam colore est fusca, sed paullo dilutior. Adulta 4 lin. ad. unc. 1. et ultra magna, externe mollis. Substantia interna tota viscida est, ac si gluten videas. Suprema pars (discus) opaca, nigra." *Schmid.*

281. *pura*, gregaria magna laevis gelatinosa obconica dilute carnea, margine subflexuoso. *Obs. Mycol. I. p. 40.*

Nascitur ad truncos abietinos in Hercynia et Suecia (*Fries*). Formam et magnitudinem prioris habet, sed substantia valde mollis est, hinc exsiccata diminuitur, tenuis et difformis fit.

282. *sarcoides*, caespitosa polymorpha firmula incarnato-rubra, disco excavato, externe subvenosa. *Syn. fung. p. 633. Schaeff. fung. t. 323. f. 2-7. Bull. t. 410. f. 1. Batsch El. t. 12. f. 53.* (P. porphyria).

Lichen sarcoides. *Jacq. Misc. Austr. 2. p. 378. t. 22.*

Autumno in sylvis ad truncos caesos.

Individua interdum occurrunt ingentia, caespitibus intermixta, unc. 1. lata, regularia, modice stipitata, externe albido-subtomentosa. *Consp. fung. p. 305.*

Obs. Cl. Schumacher sub hac specie, quam non male *metamorpham* denominat, sequentes enumeravit varietates: *α. sarcoides.* Syn. l. c.

β. obconica, minor, substipitata, pileo obconico, disco concaviusculo, margine acuto undulato crenato; extus subvenosa. *Flor. Dan. t. 1017. f. 1.*

γ. lobata, subsessilis, pileo lobato: lobis oblongo-ovatis rotundatis vel retusis, erectis

vel

vel decumbentibus, subvenosis, magnitudine varia. *Schaeff. vol. 4. t. 313. f. 1, 3 et 6.* Tremella dubia. *Syn. fung. p. 630.*

δ. turbinata, substipitata turbinata glabra (laevis?) margine denticulato. *Flor. Dan. t. 1017. f. 2.* Pez. turbinata. *Syn. fung. p. 634.*

ε. cylindrica, caespitosa minor subcylindrica glabra, disco concaviusculo, margine tumido elevato. P. porphyria. *Batsch. El. t. 12. f. 53.*

ζ. labyrinthiformis, lamellosa cellulosa: lacunis inaequalibus. *Schum. Saell. p. 414-415.*

283. *pellucens*, gregaria magnitudine media turbinata stipitata fuligineo - nigra, primo obconica convexa, demum disco concaviuscula subplana, extus scabriuscula, stipite brevi adscendente. *Schum. p. 413.*

In Dania, in *Betulae* ligno putrido. Septembr. Substantia aquoso - gelatinosa, dilute fuliginea. Pileus ½ unc. latus et altus. Stip. 1 - 2 lin. longus. *S.*

284. *Turbo*, gregaria clavato - turbinata externe tomentosa pallida, disco subexcavato convexoque rufo (aut flavo).

Helotium *radicatum*, volva nivea primo involucratum, stipite simplice ramosoque crasso subrugoso albo - tomentoso; capitulis subrotundis planiusculis aureis. *Consp. fung. p. 348 - 349. t. 8. f. 5.*

Tuberoularia flavescens. *Rebentisch.*

β. Pelta, minor, cupula hemisphaerica latiore, stipite brevissimo.

Tremella Peziza. *Syn. fung. p. 628. no. 18.*

"Fungus gregarius obvenit intra cavitates sepium putrium fabrefactarum e Pino *sylvestri.* Ambigit inter *Pezizae* et *Helotii* genus. Substantia stipitis firma, subcoriacea, capituli carnosa. Junior involucro candido lanato obductus est, quod in pileo paullo post in frustula quasi farinacea delapsum fatiscit, ac totum dein evanescit. Stipes in ramos plerumque binos ternosve divisus, deorsum radicis ad instar lignum intrat. Capitulum orbiculare aut subdifforme convexo-planum, dein saepe medio subdepressum." *Consp.*

Var. *β.* cupulas offert tumidas, subemarginatas, fere sessiles, forma quadantenus *Pez. citrinae*, 1-2 lin. latas.

Obs. Color in omnibus meis speciminibus ambarum varietatum rufus est et non luteus, forsitan exsiccatione ita mutatus.

285. *Clavus*, gregaria stipitata glabra carnoso-subtremellosa firmula dilute purpurascens, disco convexo-plano pileiformi. *Conspect. fung. p. 306. t. 11. f. 5.*

β. violascens, tota amoene violacea, obconica disco plano interdum subconcavo. *Conspect. l. c.*

"Foliis variis deciduis madidis, saepe intra ipsam aquam increscit, in sylvarum latebris imis umbrosissimis paludosis, praesertim Majo, Junio, et var. β. ramulos, stipites, folia incolit locis prorsus similibus, sed Sept. et Octobri.

Clavum aliquatenus refert, ad *Helotium* tamen ableganda vix esset. Admodum polymorpha est quoad stipitem, qui nunc bilinearis, nunc ad semunciam elongatus; mox teres, mox subincrassatus; sed semper firmus et crassiusculus. Discus a 3 ad 6 lin. et ultra latus, e pallido dilute purpurascens aut sublivens." *Consp.*

286. *flavo-virens*, sparsa tremelloso-coriacea parvula, (recens) flavo-virens, primo subumbilicata, demum convexo-plana, stipite crasso brevissimo.

Hab. in Vogesia in ligno mudido prope rivulos. Applanata, vix marginata, deinde subconvexa, lin. 1-lata. Color in siccis rufescit.

287. *umbilicata*, sparsa orbicularis minuta coriaceo-tremellosa nigrescens, disco planato umbilicato, vix marginata.

In caulibus exsiccatis Gentianae *luteae* in Vogesia etiam, uti prior inventa a D *Mougeot*. Fungillus dubius, aquae immersus tremellosus parum fit, aliud ad genus forsan pertinet.

†††††† *Scleroderris* (Dermea *Fries*). *Cupulae* coriaceae, plerumque sessiles et ex cortice (fasciculatim) erumpentes, colore utplurimum nigrae.

288. *Frangulae*, erumpens solitaria aut cespitosa coriacea opaca umbrina, cupulis applanato - truncatis vix marginatis, stipite crasso brevissimo.

Hab. in Rhamno *Frangula*, in Vogesia. *Mougeot*.

Forma a ceteris Pezizis aberrat, et *Tubercularis* subsimilis, aqua tamen emollita reliquis speciebus magis conformis fit, etiam thecas profert, sporulis forma et numero variis foetas. Recens fusco - olivascens, magis convexa, et substantia minus coriacea. Magnitudine specierum minorum. An melius ad praecedentem divisionem referenda?

289. *Ledi*, subgregaria sessilis e globoso hemisphaerica regularis extus cum micore viridi fusco - nigra farinacea, ore crenato. *Consp. fung. p. 343. t. 10. f. 7.*

Crescit in ligno excorticato Ledi *palustris*, rarius in cortice ipso. Majo. Substantia dura, coriacea, sicca; forma regularis, primo margine connivente globosa, aut subventricosa, ore praesertim pulchre viridi - micans, intus dilute fuliginea. Ceterum minutissima. *Consp.*

290. *alnea*, erumpens solitaria aut subcaespitosa opaca umbrino-nigrescens, cupula subflexuosa obsolete marginata. *Syn. fung. p.* 673.

Rarius ad ramos *Alneos* (circa Gottingam hactenus inventa ibique non frequens). Vera est Peziza, saltem ceteris hujus sectionis speciebus non valde dissimilis. Parva, exsiccata disco excavata, vel potius margine magis prominente distincta, non vero clausa.

291. *truncatula*, subcespitosa erumpens atra, disco plano dilatato, margine tenui cincta. — *Syn. l. c.* †

Crescit in Germania et Suecia ad truncos *Fagi?* Cupulae 2-4, sibi adpressae, cespitulum efficiunt rotundum aut ellipticum, ad tactum durum, vix lin. latum.

292. *Ariae*, gregaria erumpens tota nigra sessilis, cupulis orbicularibus applanatis margine subelevato cinctis.

Hab. in cortice Crataegi *Ariae* Lin.

Ab initio subrotunda et indurata sparsaque crescit; cupulae demum dilatatae denseque congestae, non excavatae, satis magnae.

293. *Betuli*, erumpens subcespitosa nigra, margine tumido.

In cortice Carpini *Betuli*, in Vogesia. Minuta, opaca, passim solitaria. Cupulae demum hemisphaericae.

294. *globularis*, sparsa minuta nigra, cupulis globoso-ventricosis ore connivente.

Autumno ad ramos Betulae *albae*, in Vogesia. *Mougeot*. Cupulae minutissimae, forma grata distinctae, atrae, non cespitosae, margine tumidulo.

295. *Pini Strobi*, solitaria erumpens minuta opaca nigra, cupulis sessilibus profunde excavatis.

Hab. in Pino *Strobo;* Hanovia mihi missa a D. *Gaertner*. Cupulae hemisphaericae, apertae, dimidio minores quam in sequente.

296. *Pinastri*, erumpens subcespitosa atro-nitida, margine acuto, stipite brevi crassiusculo. *Syn. fung. p. 672.*

Satis frequens, hyeme et vere, ad ramos abietinos pineosque. Cupulae nitidae, aequales aut subflexuosae, majusculae.

β. *ramosa*, difformis, stipite longo crasso subflexuoso, in ramos 2-5 cupuliferos diviso. *Consp. fung. p. 344-345.* (Sub cortice abiegno).

297. *farinacea*, erumpens sessilis depressa solitaria nigro-subrufescens disco farinaceo, margine prominulo dilatato. *Syn. fung. p. 672. Consp. p. 343.*

In ramis exsiccatis pineis, rarius. Subdifformis, minuta, disco lato albido-pulveraceo distincta.

298. *Pyri*, caepitosa sphaeriaeformis sessilis? cinerea pulverulenta. *Syn. fung. p. 671.* †

In cortice Pyri *Mali*. Parva, colore nitide cinerea. — Specimen mihi nunc deest, ut ampliorem hac de specie proferre possim descriptionem, nec ab aliis enumeratam eam invenio.

299. *pulveracea*, parva gregaria dura basi nigra stipitata turbinata, pulvere cinereo dense obtecta, cupula subglobosa. *Consp. fung. p. 342. t. 8. f. 2.*

In cortice *betulino* sicco obvia, ubi in greges satis longos latosque effunditur, sed in caespites non colligitur. Stipes validis, cupula longior. *Consp.*

300. *Aucupariae*, cespitoso-pulvinata biformis: cupulis paucis stipitatis subturbinatis discoideis, corpusculis pluribus subuliformibus subdigitatis cinctis.

Singularis hicce fungillus a D. Mougeot in Sorbo *Aucuparia* detectus fuit. Cespitulum crassum, 3 linearem, subpulverulentum efformat, Sphaeriae *Aucupariae* non dissimilem, sed inter corpuscula teretia simplicia aut tridentata, cupulas forsitan abortas, aut aliam ob causam non evolutas, formaque regulari indutas seu hemisphaericas offert, structura cum aliis Pezizis consimiles. Imo adsunt quoque cespituli e cupulis solis compositi.

301. *furfuracea*, subsolitaria majuscula coriacea, margine depresso pulvinato primato fusco-grisea, intus fusco-nigricans. *Roth Catal. Botan.* 2. *p.* 357. *t.* 9. *f.* 3. *Consp. fung. p.* 343. †

In caudicibus Coryli *Avellanae*, aut *Alni*.

"Subsemuncialis, arcte caespitosa: inde polymorpha, difformis. Color externe e griseo terreus, in fungo humectato fuscescens, furfure dilutiore satis dense conspersus. Substantia membranaceo-coriacea. Margo latus, pulvinatus, involutus. *Consp.* An cupulae stipitatae? aut sessiles?

302. *Sphaerioides*, sessilis glomerata nigricans concava, ore contracto, extus rugosa albopulverulenta. *Roth in Usteri Annal. Bot. Vol.* 1. *p.* 11. *t.* 1. *f.* 6. †

P. *sphaerioides*, fasciculis ernmpens, nigra glabra, primum globosa, disco demum explanato, pedicello brevi. *Nees System.* 2. *p.* 69. *f.* 281.

Sphaeria *versiformis*, simplex caespitosaque globifera nigricans, primo clausa sphaeroidea, dein disco aperta pezizoidea. *Consp. fung. p.* 52. *t.* 9. *f.* 3. (excluso synonimo) ex *Nees l. c. p.* 263.

Hab. in cortice ramorum juniorum praecipue Populi *Tremulae*, hyemali tempore. Fungilli subgelatinosi, tamen duriusculi, in glo-

merulos sessiles sparsos, cortice circumdatos aggregati, nigricantes; siccati: grisei, rugosi, ore contracto, punctis albis pulveraceis non raro adspersi, intus glabri, atri. *Roth.*

Obs. Subsimilem fungum, paullo tamen minorem, in cortice quercino et Pruni *spinosae* ortum ex Helvetia mecum communicavit cl. Chaillet.

303. *populnea*, cespitosa majuscula coriaceo-membranacea sessilis, cupulis subrugosis griseis: recentibus patulis. *Syn. fung. p.671.*

Hyeme, etiam vere, in Germania, ad ramos Populi Tremulae potissimum vegetat. Substantia multo tenerior quam in reliquis, et humida subtremellosa est, cupulae 2 - 3 lin. latae, exsiccatae compressae, intus subnigricant.

β. *fusco-aenea*, erumpens majuscula aeneo-fusca rugulosa,

Rarius in Populi *nigrae* cortice provenit.

γ. *bracteata*, erumpens, cupulis coriaceo-membranaceis patulis, intus fuscis, extus rugulosis nigricantibus.

In Vogesia in cortice Pruni *Cerasi?* inventa. Habitu antecedentis, sed major, multoque tenerior et colore disci differt.

304. *Cerasi*, erumpens coriacea argillaceo-rufescens, primo clausa sphaerioidea, dein in cupulam superne nigricantem dilatata. *Syn. fung. p.673. Moug. Stirp. Crypt. Fasc. V.*

no. 494. Sphaeria dubia. *Pers. Ic. pict. fung. Fasc. 4. p. 48. t. 20. f. 1.*

Non infrequens in ramis aridis *Cerasi*. Initium hujus speciei valde dissentit ab ejus statu adulto; cespitulum aut tuberculum nimirum sistit rugosum pallide rufescens, sensim evolvendo sphaerulae subglobosae papillatae, interdum spinulosae simile. Fungi adulti forma est eadem ac congenerum, discus tunc dilatatur et margine cinctus. In eodem acervo simul non raro adsunt individua sphaeriae formia et pezizoidea.

305. *Prunastri*, substipitata opaca nigricans, cupulis subconcavis marginatis. *Syn. fung. p.* 673.

β discolor, subtus e luteo olivascens. *Consp. fung. p.* 345.

Nascitur in caudice Pruni *domesticae*, satis rare. Transverse et seriatim erumpit, cupulis dense pressis, hinc subflexuosis; antecedente minor. Sed in hac quoque specie, in acervulo tamen separato, aut sparsae observantur *subulae* steriles, nigrae, rugulosae, quae ostiola sphaeriae cujusdam sub cortice latentis simulant, quae verosimile ut cupulae non evolutae habendae sunt.

* *rigida*, stipitata subfasciculata utrinque nigra, junioribus tereti-conicis crassiusculis.

Sphaeria rigida. *Decand. Flor. Frans. VI. p.* 132. (Supplem.)

Hab. in ramis Pruni *spinosae*. Sub cortice exoritur in formam *sphaeriae* ostiolo crasso stricto praeditae, subrufescentis aut nigrae; adulta vero in cupulam antecedentis similem, paullo longius stipitatam mutatur; perfecta talia individua in eodem specimine, mecum etiam a D. Chaillet benevole communicata, aderant.

306. *Ribesia*, substipitata laevis nigra, cupulis turbinatis conniventibus, primo clausis *Syn. fung. p.* 672.

β. Ribis nigri, duplo major obconica, velo tomentoso hirto badio fatiscente obvoluta *Consp. fung. p.* 344.

Sat vulgaris in ramuis Ribis *nigri* et *rubri*.

Obs. Ab initio et haec pro Sphaeria sumi posset, tota omnino clausa est, sed matura in discum scutelliformam aperitur. Alius et novi generis (*Hylostoma* denominandi) fungillus videtur, cujus unam alteramve adhuc possideo speciem.

LVIII. Triblidium. *Cupula* carnoso-membranacea, ut plurimum subcompressa, libera, ab initio clausa, demum rima longitudinali aut triquetra hians.

Obs. Species hujus generis, quod concedo caractere firmo non bene esse limitatum,

naturam participant coriaceam cum *Pezizis*, et forma quodammodo sunt *Hysteriorum*.

1. *pineum*, gregarium erumpens ex olivaceo nigrescens, recens orbicularis, demum compressum, oris subinflexis.

β. *strobilina*, substipitata, e badio nigricans. *Consp. fung. p.* 342.

Peziza Abietis. *Syn. fung. p. 671.*

Hab. in Germania, Helvetia et Vogesia ad ramos Pini *sylvestris*. Aetate juniore totum fere viride, formaque regulari, et cupulae tunc membrana *clausae* sunt. Statu sicco subcorrugantur et fere nigrae sunt, opacae, latere utrimque compressae. Var. β. ab auctoribus libri citati semel hucusque reperta fuit inter squamas coni abietini, quorum individua alia sessilia, alia brevius longiusve stipitata, et quae hanc ob causam forsan distincta aut potius varietas P. *pinastri* est. Adest quoque varietas minor magisque regularis in ramis Pini *maritimi* in Gallia meridionali inventa.

2. *crispum*, elongatum subventricosum nigrum, marginibus subcrispis. *Syn. fung. p. 101. Icon. pictae fung. Fasc. 2. p. 20. t. 7. f. 1.*

β. *elatinum*, *sparsum prominens subflexuosum, disco subdenudato rufescente. *Syn. fung. add. p. XXVIII. Moug. et Nestl. Stirp. Cryptog. Vol. 5. no. 474.*

Hab. in ramis gracilioribus et (β) in ipso caudice Pini *Abietis.*

3. *caliciforme*, sparsum nudum orbiculare aut angulatum rugulosum, adultum rima oblonga aut triquetra hians. *Tab. II. fig.* 3 *et* 4.

Peziza Hysterium. *Syn. fung. p. 671. Consp. fung. l. c.*

Triblidium caliciforme. *Rebentisch Index pl. circa Berol. sponte cresc. p. 40.*

Hab. in Germania, Gallia (circa Parisios passim) supra caudices praesertim quercinos, ex aliis etiam ad tiliaceos et salicinos. Iuvenilis plantula globoso-depressa et omnino clausa est; adulta oblonga, flexuosa, et rima oblonga aut triquetro margine denticulato dehiscit, disco non denudato. Color niger, intus pallens.

4. *quercinum*, gregarium hypodermum flexuosum, primo subteres, dein subventricosum nigrescente-cinereum. *Syn. fung. p. 100. Tode Fung. 2. p. 5. t. 8. f. 64.* (*sub Hysterio*). *Nees Syst. t. 39. f. 300.*

Variolaria corrugata *Bull. champ. t.* 432. *f.* 4. (bona). Hypoderma quercinum. Dec.

Haec species vulgaris est ad ramulos arescentes quercinos. Ab initio margines connati sunt, perithecium tunc bene clausum, quod in veris Hysteriis locum non habet, substantia insuper est mollis, subcarnosa; autumno,

dum matura est, medio valde dilatatur et aperta est fere in cupulae formam. Specimina, locis umbrosis subhumidis dejecta, etiam sporulas nonnunquam elastice protrudere videntur, hoc tamen curatiore observatione confirmari debet.

Obs. Nonne potius huc quoque referri debet Hysterium *valvatum* Nees Syst. 2. p. 73. t. 39. f. 299? seu Xyloma *Pini* Consp. fung. p. 60 — 61. t. 5. f. 8. Dehiscentia perithecii enim fere eadem est ac in caliciformi. Saltem Phacidia *libera* et *epixyla*, quibus haec species relata est in *Mycol. Heften* 1. *p.* 30., cum ceteris Phacidiis *epiphyllis* non bene congruunt.

LIX. Solenia. *Tubuli* solitarii, elongati, membranacei. *Thecae* sporigerae nullae?

1. *ochracea*, sparsa ferruginea subtomentosa, tubulis sursum latioribus. — *Syn. fung. p.* 675. *Hoffm. Flor. Germ.* 2. *t.* 8. †

Ad truncos passim. Pezizam omnino refert, sed ad basin fere cava, intus alba.

2. *candida*, sparsa solitaria glabra erecta candida.

P. Solen. *candida. Disp. method. fung. p.* 36. *Hoffm. t.* 8. *f.* 1.

In ligno fagineo in Germania mihi rarissime obvia fuit. Tubuli tenuissimi, cylindri-

ci, colore albi, nec fasciculati, sed solitarii sunt et inter se subdistant.

3. *fasciculata*, tubulis fasciculatis subdepressis, apicibus subincrassatis albidioribus. *Tab. XII. fig. 8 et 9.*

Peziza S. incana. *Consp. fung. p.* 346 — 347. var. forsan *dicolor*.

Peziza Solenia. *Decand. Flor. Gall.* 2. *p.* 80. (excl. Synonymis).

Hab. ad ligna putrescentia aut cariosa pinea aut abietina in Helvetia et Vogesia. (*Mougeot*). Tubuli glabri, per fasciculos seu cespitulos versus apicem latiores dispositi, albido-subferruginei (qualia erant specimina vogesiaca), aut lati fere albidi in specim. in Helvetia collectis, quae etiam paullo majora erant.

Obs. Haec et antecedens, in serie fungorum (praesertim generum majorum) a completis ad simplices aut vice versa, *Boleti* (Poriae) esse videntur, qui se tantum ut *tubulos* exhibent.

LX. Stictis. Coriaceo - membranacea, cupulaeformis, sicca, *ligno immersa*, limbo prominente aut obsoleto.

* *Forma magis completa limboque instructa.*

1. *chrysophaea*, disco concavo rubro, limbo crassiusculo aureo. *Syn. fung. p. 674. Ic. pict. spec. fung. rariorum.* Fasc. 2. p. 17. t. 8. f. 1 et 2.

In ramis dejectis pallidus haec species provenit, in quibus etiam dimidiam et immersa. Natura et forma magis peculiaris est, quam reliquae.

2. *radiata*, immersa tota nivea, limbo radiatim fisso aut integerrimo. *Syn. fung.* Lu. *Conv. fung.* p. 346. (Observatio.)

Peziza marginata. *Sowerb. fung.* t. 18.

β. Peziza aecidioides, disco immerso aurantiaco, margine accessorio candido subfloccoso pulverulento. *Nees ab Esenb. System.* d. Pilz. t. 37. f. 294.

Hab. in diversarum arborum ramis et lignis, etiam in culmis exsiccatis. An ut species distinguenda var. illa, limbo integerrimo subcalloso instructa? Aecidium simulat.

Obs. Peziza *aecidioides* Neesii ob colorem disci *aurantiacum* omnino diversam speciem sisteret, nisi auctor ipse ad suum fungillum, *Pez. radiatam* ut synonymum adduxisset, et specimen sub hoc nomine benevole communicatum etiam totum album fuisset.

3. *arundinacea*, gregaria alba nitida, margine prominente integerrimo, interne caerulea.

In tectis vetustis arundinaceis observata a D. Chaillet. Primo obtutu antecedenti quidem similis, sed aberrat margine non inciso, supra culmum elevato, coloreque interne caeruleo.

4. *mol-*

4. *mollis*, albida canescens, ore parvo cinereo-nigro subprominente. †

Hab. rarius in Pruni *spinosae* ramis. Sphaeriam *ovinam* mentiens, etiam externe subtomentosa est, substantia tamen est mollis, et disco non ostiolo, sed apertura manifesta, uti in ceteris speciebus distincta.

** Alomea. *Forma subvaria, limbo obsoleto, aut nullo.*

5. *Pelvicula*, orbicularis majuscula profunde excavata laevis rufescente-pallida.

Rarius in ramis siccis *Salicis* obvenit prope Neocomium. Lin. 1-2 lata, exacte orbicularis, subnitida, margine corticis subprominente cincta in cupulae formam.

6. *Hippocastani*, erumpens subrotunda intus fusca, extus pallescens, limbo subobsoleto inciso.

Nascitur ad ramos Aesculi Hippocastani. Dimidiam lin. lata.

7. *saligna*, erumpens disciformis tenuis ceracea alba cinereo-pruinosa, nigrescens. *Consp. fung. p. 303. t. 9. f. 7.* sub *Tremella.*

In Salice *alba* semiviva, autumno. Nunc planissima aut subdepressa, nunc orbicularis aut subangulata, rami cortice stellatim rupto ac reflexo cincta. Substantia cereacea, non tremellosa. Vigens subglaucescit. *Consp.* $\frac{1}{2}$

8. *rufa*, gregaria erumpens subimmersa compacta subrotunda aut elliptica planiuscula immarginata.

Rarius in Germania ad ligna oritur. Vix hujus generis est, nec bene ad Tremellas amandanda esset, quamvis substantia *subtremellosa* gaudere videatur. Cum *Schizoxylis* affinitatem quoque habere, palam est, sed crusta adest omnino nulla. Tubercula ceterum sunt minuta, ultra dimidium supra lignum eminent, convexo-plana, obscure rufa.

9. *pallida*, punctiformis latens pallida, ligno ore elliptico vel rotundo dehiscente. *Obs. Mycol. 2. p. 74. t. 6. f. 7.*

Peziza punctiformis. *Syn. fung. p. 674.*

Hab. ad ligna exsiccata, cariosa. Particulae ligni, sub quabus degit, parum prominent et magis laevigatae videntur. Forma plerumque ovata aut elliptica est, margine obtuso, substantia carnosa, sed valde tenui.

10. *viridis*, subrhomboidea aut elongata applanata aeruginosa. — *Dufour* (Peziza viridis, ined.)

β. hysterioides, oblonga subangusta utrinque attenuata virens, ligno prominente marginata.

Cresc. in Gallia meridionali ad ligna Castaneae *vescae*; *β.* ad palos. Lin. 1-2 longa, ½ lin. lata subfarinacea.

11. *cinerascens*, majuscula coriacea elliptica immersa, disco denudato cinerascente pulverulenta. †

Ad lignum Salicis *albae?* olim circa Gottingam obvia, eamque tunc ut Thelephoram quandam juniorem habebam, cum qua naturam participat, verum non crescendi morem, nec formam; haec plus minusve elliptica, passim orbicularis; disco subdepresso, aetate rimosa, 2-3 lineari.

12. *farinosa*, orbicularis convexo-plana, disco farinaceo subrimoso, margine subprominente nigro.

In Populo *nigra* a D. Dufour collecta. Specimen communicatum in ipso ligno vegetat, corticis arbore forsitan postea delapso, hinc non immersum. Disciformis, etiam elliptica est, lin. 1. lata, extus nigrescens.

13. *bullata*, orbicularis convexa laevis albida.

Etiam in Gallia australi a D. Dufour detecta, sed in ramis exsiccatis Castaneae *vescae*, ubi bullatim prominet, nulloque margine cincta, nisi epidermide corticis talem referente; punctis vel maculis albis similis.

14. *nivea*, elliptica tenerrima pustulata alba.

In foliis Pini *maritimi* Lam. sat profunde observantur foveolae, a fungillo nostro evolvendo-excavatae, ubi membranulae albae cer-

nuntur; ab initio pustulas efficiunt suborbiculares, quae deinde plerumque delabuntur, et foveas relinquunt.

LXI. Ascobolus. Carnosus, hemisphaericus, (pezizoideus). *Thecae*, in disco, punctatim prominentes, *humore sporulisque*, plerumque octo, repletae, dissilientes.

1. *furfuraceus*, gregarius subconcavus fuscus aut virescens, externe furfuraceus. *Obs. Mycol. 1. p. 33. t. 4. f. 3-6. Bull. p. 256. t. 376. Sowerb. t. 18.* (P. stercoraria).

Peziza fusca. *Bolton. fung. t. 109. f. 4* (mala, e specimine vetusto deprompta.)

Aestate et autumno, in pascuis, frequens supra stercus vetustum vaccinum. Pezizam omnino refert. In disco demum subrufescente, thecae ut puncta nigra apparent, quae vero mox dissiliunt. Cupulae marginatae.

2. *ciliatus*, subhemisphaericus glaber aurantiacus, disco plano marginato: margine tumidulo ciliato albo. *Schmidt in Mycolog. Heften, 1. p. 90.*

Autumno in fimo vaccino, locis humidis, sylvaticis; agmine denso plerumque provenit. Cupulae minutae, sed thecae pro ratione magnae sunt. *S.*

3. *glaber*, minutus congestus glaber nitens

subconvexus lutescente - fuscus vel dilute spadiceus. *Obs. Mycol. I. p. 34. t. 4. f. 7.*

β. *varius.* Ascobolus *glaber*, aurantiacus vel albus congestus nitens, forma (coloreque) varius. *Bivona - Bernardi Stirp. rarior. in Sicilia prov. Manip. 4. p. 27. t. 6. f. 4.*

γ. *ruber.* Asc. *glaber*, gregarius minutus hemisphaericus convexiusculus, margine acuto cinnabarino - ruber. *Schum. Saell. p. 437.*

In fimo vaccino autumno sat communis. Forma parum variabilis, sed (in meo fungillo) non item colore, hinc β et γ forsitan ut species distingui merentur.

4. *carneus*, glaber applanatus gregarius colore carneo. *Syn. fung. p. 676. Rebent. Prodrom. p. 388.*

Occurrit quoque in fimetis in hortis, sylvis, pratis, sed uti videtur, satis rarus. Attamen bene distincta species est, "semipellucens, disciformis, convexo - plana, dilute vinosa seu carnea; margine vix ullo, thecis copiosis prominulis e more generis nigris." *Consp. fung. p. 348.*

5. *immersus*, sparsus immersus irregularis subconicus, externe subfurfuraceus. *Obs. Mycol. I. p. 35. t. 4. f. 7. fig. d. e.*

Fimo vaccino fere totus immersus est, thecis solummodo prominentibus. Species vi-

detur subdubia, nec ab aliis Mycologis inventa aut descripta.

6. *lignatilis*, major stipitatus e sordide luteo subvirens externe albido-furfuraceus, stipite breviusculo subcrasso in cupulam planam marginatam dilatato. *Consp. fung. p. 347. t. 6. f. 6.*

A cl. auctoribus visa fuerunt ingentia hujus speciei *epixylae* agmina in ligneis pineis fabre-factis subterraneis; aqua *cloacina* inquinatis, ac restaurationis causa effossis aquaeductuum.

Ab A. *furfuraceo* differt stipite, forma, magnitudine et loco. Stipes 1-2 lin. longus et crassus. Cupulae 4-6 lin. latae, theculis creberrimis prominentibus nigro-punctatae. Sed thecae istae maturae disruptae sporulas *fumi* ad instar projaculantes laticem s. humorem simul fundunt. *l. c.*

7. *Trifolii*, epiphyllus minutus gregarius dilute flavus planiusculus. *Bivona-Bernardi l. c. p. 27. t. 6. f. 3.* †

Hab. in Sicilia, in fol. languescentibus Trifolii *hybridi*, stercore vaccino semiobruti.

"Tuberculi epiphylli, rarius hypophylli,ırediniformes, subhemisphaerico-convexi, sessiles, carnosi, glabri, epidermide rupta, aperti, ore circulari, plerumque denticulato, interdum nigrescenti, disco subdepresso punctis

nigris notato. Thecae clavatae, *albae.* Sporae primum albae, demum nigrae." *Bernardi.*

LXII. HELOTIUM. *Pileolus* carnosus, demum convexo-hemisphaericus, immarginatus, basi a stipite sublongo distans.

Obs. Fungilli parvi, inter *Helvellas* et *Pezizas* intermedii, his tamen affiniores, etiam superne fructificantur; sed in disco tumido seu convexo; ab iis interea habitu particuliari distincti sunt.

1. *aciculare*, gregarium minutum candidum, capitulo primo excavato. *Syn. fung. p. 677. Obs. Mycol. 2. p. 20 - 21. t. 5. f. 1.* sub Leotia.

Helvella acicularis. *Bull. Champ. 1. p. 296. t. 473. f. 1.*

Helvella agariciformis. *Sowerb. fung. t. 57. Bolt. fung. t. 98. f. 6.*

β. elegans, pileo hemisphaerico roseo, stipite elongato albo, basi villoso. *Fries. Obs. Mycol. 2. p. 310.*

Ad truncos caesos quercinos. Stip. subramosus, 3 lin. longus.

2. *subtile*, gregarium minimum candidum, pileo plano - convexo, stipite brevissimo. *Fries l. c. p. 311.*

In fol. abietinis. Stip. $1\frac{1}{4}$ lin. longus,

detur subdubia, nec ab aliis Mycologis inver
aut descripta.

6. *lignatilis*, major stipitatus e sordide lu subvirens externe albido-furfuraceus, st te breviusculo subcrasso in cupulam plan marginatam dilatato. *Consp. fung. p.* *t. 6. f. 6.*

A cl. auctoribus visa fuerunt ingentia jus speciei *epixylae* agmina in ligneis p fabre-factis subterraneis; aqua *cloacina* i natis, ac restaurationis causa effossis a ductuum.

Ab A. *furfuraceo* differt stipite, fo magnitudine et loco. Stipes 1-2 lin. lo et crassus. Cupulae 4-6 lin. latae, th creberrimis prominentibus nigro-pun Sed thecae istae maturae disruptae sporul *mi* ad instar projaculantes laticem s. hu simul fundunt. *l. c.*

7. *Trifolii*, epiphyllus minutus gregariu te flavus planiusculus. *Bivona-Bern* *c. p. 27. t. 6. f. 3.* †

Hab. in Sicilia, in fol. languesce Trifolii *hybridi*, stercore vaccino semio

"Tuberculi epiphylli, rarius hypo urediniformes, subhemisphaerico-conve siles, carnosi, glabri, epidermide rupta ti, ore circulari, plerumque denticula terdum nigrescent disco subd

gris notato. Thecae [illegible]
primum albae. [illegible]
rdi.

LXII. HELOT[illegible]
im convexo-he[illegible]
si a stipite sublo[illegible]

Obs. Fung[illegible]
zizas interme[illegible]
berne fructi[illegible]
nvexo; ab iis [illegible]
ncti sunt.

aciculare, [illegible]
capitulo prim[illegible]
Obs. *Mycol.* [illegible]
Leotia.

Helvella [illegible]
6. t. 473. [illegible]

Helvella [illegible]
Bolt. [illegible]

elegans. [illegible]
elongat[illegible]
Mycol. [illegible]

Ac[illegible] re-
nosus [illegible]
sulcat[illegible] *nus*
[illegible]
[illegible] rne

subaequalis, saepe curvatus. Pil. lin. 1 latus, junior planus. *Fr.*

β. album, gregarium album minutum, pileo primum plano, demum convexo-hemisphaerico, margine acuto subrepando, stipite brevi crassiusculo, basi angustato. *Schum. Saell. p. 412.*

In fol. subputridis graminum. Lin. 1 longus. *S.*

3. *nigripes*, sparsum minutum, pileo convexiusculo, margine subrepando, hymenioque (subtus?) flavo, stipite brevi fuligineo-nigricante. *Schum. l. c. Fries l. c.*

In Dania et Suecia ad asseres putridos. Novembr.

4. *elongatum*, gregarium, primo pallescens, demum dilute umbrinum, stipite elongato tenui flexuoso, basi byssoideo hymenioque (pileolo inferne) concavo albo. *Schum. l. c.* H. aciculare *β.* abietinum. *Consp. fung. p. 349?*

In ligno putrido Pini *Abietis*. Stipes diaphanus, 2 lin. longus. Pileus dimidiam lin. latus. *Sch.* — Pileolus a primordio convexo-hemisphaericus, ex albo dein pallens, ac subrufescens. In trunco abiegno putredine corrupto repertum fuit exeunte Martio. *Consp.*

5. *aureum*, gregarium fulvum, pileolo hemis-

sphaerico convexo, stipite subtenui, basi tomentoso. *Syn. fung. p. 678. Consp. l. c.*

Hab. in Germania, Helvetia et Vogesia, in truncis lignisque siccis Pini *Abietis* et *Piceae*. Vere. H. *acicularis* habitu, sed minor. Pileolus lenticularis; ab initio etiam convexus. Tomentum stipitis baseos niveum, delicatum.

6. *fimetarium*, parvum amoene rubrum, pileolo planiusculo subangulato. *Syn. fung. l. c.*

Leotia fimetaria. *Obs. Mycol. 2. t. 5. f. 4. et 5.*

β. *leporinum*, minus nitidum, pileolo subgloboso.

Autumno ad stercus vaccinum oritur; et β. fimum piluliformem *cuniculorum* et *leporum* in sylvis, fere totum involvit, sub finem Novembris, praeviis pluviis autumnalibus. Stilbis affine, saltem β.

7. *subsessile*, cespitosum minutum pallidum, disco dilute umbrino, stipite brevissimo deorsum subbadio. *Schum. Saell. p. 412.*

In Dania, supra ramulum dejectum repertum.

† *Species ulterius examinandae, et quoad genus dubiae.*

8. *fibuliforme*, cartilagineum, pileo superne ochroleuco, stipite brevi nigro-fusco.

n Anglia vulgaris dicitur. Var. α.
icta, 2-3 lin. longa videtur, sti-
gentibus, longiusculis et cras-
tuli instructa; β. habitu a
ita distincta, ut fortasse
stipes simplex duplo-
t.

ella *purpurea* Lin.,
ura intermedia ta-
non proposita,
nus refert.

ideo albo.

uscoides albus, se-
oliis vel lignis semipu-
Mich. Nov. Gen. pl. p. 201.

carnatum, gregarium subacaule incar-
um.
'ungoidaster minimus incarnati coloris,
s ferme, Anagyridi non foetidae et semi-
ae innascens. *Micheli p. 201. t. 82. f. 4.*
iberculariis accedere videtur.

XIII. Stilbum. *Capitulum* cum stipite
ens, primo molle subdiaphanum, matu-
ido opacum, turbidum, ex sporulis
ue thecis?) farctum. (*Fungilli muco-
nes*).

ssisedum, congestum majusculum, capi-

Helvella fibuliformis. *Bolt. Fung. append. p. 176. t. 176.*

Hab. ad ramulos aut radices alneas, prope rivulos, in Anglia. Pileolus 2 - 3 lin. latus crassus. Stipes brevis, crassus, vix lin. longus.

9. *umbelliforme*, pileo hemisphaerico exspanso subtenui flavo, stipite subbrevi.

Helvella *aurea*, stipite brevi, pileo umbellifero aureo. *Bolt. fung. vol. 3. t. 98. f. 3.*

In Anglia, ad ramulos, 3 - 4 lin. latum.

10. *flavescens*, stipitatum glabrum flavescens, stipite basi attenuato, pilei disco elevato hemisphaerico. *Holmsk. Fung. Dan. 2. p. 34. t. 16.* Peziza convexa.

Hab. in Dania, aestate. Fungillus ab initio est concavus, extus albicans, intus flavus, adultus vero habitum immutat: discus tunc elevatus et margo reflectitur, hinc pagina inferior concava evadit. *l. c.*

11. *coccineum*, subfasciculatum, capitulo subrotundo coccineo, stipite crassiusculo flavescente.

Clavaria coccinea. *Sowerb. fung. t. 294.* fig. sinistra.

β. *brachypus*, gregarium, capitulo subhemisphaerico convexo (semigloboso) coccineo, stipite brevi crasso. — *Sowerby l. c. fig. dextra.*

Species in Anglia vulgaris dicitur. Var. α. in ramulo depicta, 2-3 lin. longa videtur, stipitibus basi cohaerentibus, longiusculis et crassitudine fere capituli instructa; β. habitu a priore, quod iconem, ita distincta, ut fortasse speciem sisteret, ejusque stipes simplex duploque brevior et crassior est.

Obs. Non est Tremella *purpurea* Lin., uti auctor putat, interea figura intermedia tabulae citatae, lente vero aucta non proposita, Tubereulariam vulgarem aliquatenus refert.

12. *album*, parvum, pileolo discoideo albo.

Fungoidaster minimus, discoides albus, semine ovato donatus, foliis vel lignis semiputridis innascens. *Mich. Nov. Gen. pl. p. 201. t. 82. f. 3.*

13. *incarnatum*, gregarium subacaule incarnatum.

Fungoidaster minimus incarnati coloris, acaulis ferme, Anagyridi non foetidae et semimortuae innascens. *Micheli p. 201. t. 82. f. 4.* — Tuberculariis accedere videtur.

LXIII. Stilbum. *Capitulum* cum stipite confluens, primo molle subdiaphanum, maturescendo opacum, turbidum, ex sporulis (absque thecis?) farctum. (*Fungilli mucoriformes*).

1. *byssisedum*, congestum majusculum, capi-

tulo subrotundo pallescente, stipitibus basi byssoidea connexis.

Hab. in Vogesia, ad ligna pinea mucida. Ab initio totum albidum et subuliforme, adultum capitulo globoso subovato terminatum. Stipes crassiusculus, albidus.

2. *strigosum*, capitulo rotundato, stipite ochraceo strigoso hirto. *Syn. fung. p. 680. Hoffm. Flor. 2. t. 10. f. 2.*

Rarissime ad truncos putrescentes obvenit. Verum est stilbum; capitulum saltem est farctum, non pulveraceum.

3. *erythrocephalum*, capitulo globoso roseo, stipite crassiusculo piloso albido. *Ditmar fung. germ. p. 91. t. 45.*

Ad excrementa avium? inventum. Capitulum ovatum?

4. *xanthocephalum*, gregarium capitulo globoso fulvo, stipite tenui nigrescente rigido. *Ditmar loc. cit. t. 60.*

Stilbum minimum, α. nigripes. *Tod. Fung. Meckl. 1. p. 11. t. 2. p. 19.*

Aestate-autumno super vetustos truncos nascitur.

5. *rigidum*, stipite subulato rigido nigro persistente, capitulo primum lacteo, demum compacto griseo deciduo. *Usteri Annal. Bot. Fasc. 1. p. 31. t. 2. f. 2.*

Hab. vere ad truncos caesos, ubi, capitulo deciduo, stipites ut setulae, nonnullis Byssoideis similes remanent.

β. *atrum*, gregarium, capitulo globoso, primo albido demum nigro subturbinato, stipite passim prolifero crassiusuclo rigido. *Ditmar l. c. p. 49. t. 59.* St. rigidum.

Nonne species distincta? habitu valde differt. Stipes multo crassior, interdum ramosus, et capitulum in valde adultis pyriforme fit totumque nigrum est, quod in α. nondum observavi.

* *nigrum*, totum nigrum durum, capitulo etiam maturo persistente. *Decand. Syn. pl. p. 15.*

In cortice *Juniperi* crescere dicitur.

6. *smaragdinum*, gregarium subcespitosum viride, stipite rigido persistente deorsum nigro, capitulo obovato pellucente demum deciduo. *Consp. fung. p. 355. t. 1. f. 1.*

"Ligna varia, praeprimis abietina, locis umbrosis humidis occupat, vere-aestate, magnitudine lineare. Stipes primo unicolor, dein nigrescit, apice vero nitorem smaragdinum conservat." *Consp.*

7. *turbinatum*, capitulo turbinato ochraceo, stipite cylindrico gelatinoso superne albo pulverulento, inferne glabro subpellucido di-

bus, sero autumno. Parvum, $\frac{1}{2}$ lin. aut plus longum. Ab initio totum cylindricum, demum capitulum oritur stipite multo latius et pellucidium.

14. *bicolor*, minutum, capitulo subgloboso albido, stipite longo attenuato olivaceo-albido. *Syn. fung. p. 632. Consp. fung. p. 353.*

Crescit ad truncos, etiam in Agaricis corruptis. Capit. molle, primo globosum, albidum, demum dilute olivascens et subovatum fit. *Consp.*

15. *ventricosum*, gregarium, capitulo ovato subgloboso albido, primo diaphano, stipite subulato albo (in sterilibus bitrifido), deorsum ventricoso subfusco diaphano. *Schum. Saell. p. 240.*

In Dania, autumno, in stercore bovino oritur.

16. *fimetarium*, confertum, capitulo subrotundo albido evanescente, stipite persistente rigido lutescente.

St. rubicundum β. fimetarium. *Consp. fung. p. 354?*

Inveni hanc speciem, initio Octobris, supra fimum Cervi *capreoli*, quod magna in copia obtegebat. Magnitudine vulgari; capitulum parvulum; guttulam nebulosam sistens, verum mox evanescit, ita ut stipites, qui cras-

situ-

situdine varii, nec non apice quasi tomentosi sunt, soli perdurent.

17. *murinum*, sparsum simplex, stipite stricto albo, capitulo globoso luteo. *Syn. fung. p.201.* sub Mucore. †

Aestatis fine, in umbrosis, ad stercus murinum occurrit. Minutissimum, stipite crassiusculo suffultum. Capitula primo pellucida, demum turbida; sed an farcta, an cava? hinc vera peridia sint, nondum constat.

18. *equinum*, minutissimum piliforme pellucidum, capitulis subovalibus, ex albido sublateritiis, demum turbidis.

Ascophora Stilbum. *Tode Fung. Meckl. p.14. t.3. f.24?*

Nascitur in fimo equino humido. Oculi inermi vix perceptibile, sub lente ut pili apparet. Stipes pellucidus.

19. *byssinum*, minutissimum confertum nitidum, capitulo primo rotundo, demum obovato stipiteque candidis. *Syn. fung. p.680.*

In ramis, locis humidis dejectis, ut byssus albida apparet. Quoad Consp. fung. etiam in Agaricis putrefactis nascitur.

20. *piliforme*, confertum subfasciculare minutum, stipite tenuissimo nigro, capitulo subrotundo aquoso. *Annal. bot. l. c. Decand. Flor. Gall.6. p.16.*

ADMONITIO.

Pag. 147. lin. ultima leg. fuscescente-cinerea.
— 149. — 18. leg. membranacea sebacea.
— 151. — 1. loc. *leucocoma* leg. *leucoloma*.
— 156. — 5. loc. Muscos leg. Muscas.
— — — 5. ab inf. loc. subramosa leg. subcarnosa.
— 163. — 7. ab inf. loc. fungus leg. fungum.
— 172. — 4. ab inf. loc. *Bolt.* leg. *Roth.*
— 173. — 7. loc. Mere leg. Mire, et videsis.
— 190. — 15. loc. fuit leg. fit.
— 192. — 11. leg. *Phacorhiza*.
— 193. — 10. leg. Sclerotio *Semine*.
— 198. — 7. post compressa *add.* A cl. Esenbeck ut species distincta habita est, saltem etc.

Species quorumdam generum, hac in Sectione enumeratorum, jam cognitae sed fortuito omissae, aut sub impressionem noviter detectae, et praefatio, nec non terminologiae et iconum explicatio, cum sectione secunda, propediem editura, sequentur.

25. *pubidum*, candidum, capitulo ovato, stipite inferne incrassato pubido. *Tod. l. c. p. 32. t. 3. f. 21.*

Repertum in fol. Pini *sylvestris*, Augusto, post pluvias.

26. *bulbosum*, capitulo albo sphaerico, stipite attenuato subflexuoso bulboso. *Tod. l. c. p. 10. t. 11. f. 7.* †

In culmis, stipulis foliisque aridis superne tectis. Stipes desinit in bulbum hemisphaericum griseum. Capitulum pulviusculo seminali ochroleuco obducitur. *T.*

27. *leiopus*, clavatum sporangio (capitulo) subgloboso depresso roseo, in stipitem crassum laevem album transeunte. *Ehrenberg Sylvae Mycolog. p. 24.*

Prope Berolinum vegetat in stercore murino, et lectum, vere, in trunco muscoso. *E.*

28. *micans*, clavatum subcarnosum, micante-roseum, capitulo obovato, stipite brevi albicante. Clavaria micans. *Syn. fung. p. 604. Comment. de fung. Clavaef. p. 85.*

Clavaria Acrospermum. *Hoffm. Flor. German. 2. t. 7. f. 2.*

Fungillus pulchellus provenit, Aprili-Majo, in caulibus plantarum siccis. Submollis est (non coriaceus), lin. 1-2 longus. Stipes fere pellucidus.

Obs. In ejus capitulo seu clavula nullas observare potui thecas, hinc eum a *Clavariis* removi, nec vera *Stilbi* species videtur, interim tamen melius ob substantiam et habitum huc referri debere mihi videtur, quam ad *Sclerotia*, quae consistentia sunt dura, subcompacta.

29. *laetum*, gregarium, capitulo subrotundo saepe geminato laete rubro, stipite brevi dilutiore albido. †

Sclerotium laetum. *Ehrenb. l. c. p. 27. t. 3. f. 2. a. b.*

In caule plantae annuae lectum. Antecedenti simillimum. Structura est carnoso-cellulosa. *Ehr.* An varietas?

30? *aquigenum*, stipitatum persistens, capitulo globoso atro-purpureo. *Rebent. Flor. Neomarch. p. 382.*

In *Charae* vulgaris caulibus hinc inde dispersum. Aestate. Stipes lin. longus, dilute purpureus. Capitulum nitidum, *massa subgelatinosa* alba repletum! Exsiccatum collabescit. *Reb.* — An insectorum ovula?

Obs. De hujus generis sede systematica, auctores dissentiunt, ob conformitatem aliquam cum *Helotiis*, inter Helvellas illud adhuc servandum duxi.

ADMO-

ADMONITIO.

Cum auctor aliquas tantummodo priores et posteriores plagulas a vitiis typographicis (nonnullisque forsitan et scriptoriis) purgare potuisset, eorum plura sese irrepsisse dolendum est. Sed cum taedeo esset, omnia sphalmata indicare, notandum sufficit, quod litterae praecipue *vocales* commutatae sint, et quod *commata* nonnunquam aut plane omissa, aut aliter posita sint. Hinc sequentia, quae majoris momenti sunt, ab lectore ut benevole corrigantur, praecor.

Pag. 26. lin. 5. ab infer. loc. 3. leg. M.
— 32. — 4. ab infer. loc. *verne* leg. *verae*.
— 36. — 11. ab infer. leg. examinanda.
— 53. *Obs.* etc. ad finem generis post descriptionem numeri 6. collocari debebat.
— 56. *lin. infima*, loc. sequente *leg.* antecedente.
— 82. lin. 10-11. leg. nigri, — agglutinatis.
— 87. — 6. ab inf. post strictis. add. *Tab. VIII. f.* 1 *et* 2. et p. 88. post radiantibus *add. Tab. VIII. f.* 3.
— 110. — 14. *Descr.* lineam separatam incipere debebat.
— 112. — 8. loc. prima *leg.* pruina.
— 121. — 1. *leg.* hac modo nota.
— — — 8. *vorticosa* praeposito asterisco lineam separatam inchoare debebat.
— 126. — 6. ab inf. loc. Pontuy leg. *Pontivy*.
— 130. — 5. post pallida. add. *Fries. l. c.*
— 142. — 1. loc. *Herei* leg. *Sterei*

ADMONITIO.

Pag. 147. lin. ultima leg. fuscescente-cinerea.
— 149. — 18. leg. membranacea sebacea.
— 151. — 1. loc. *leucocoma* leg. *leucoloma*.
— 156. — 5. loc. Muscos leg. Muscas.
— — — 5. ab inf. loc. subramosa leg. subcarnosa.
— 163. — 7. ab inf. loc. fungus leg. fungum.
— 172. — 4. ab inf. loc. *Bolt.* leg. *Roth.*
— 173. — 7. loc. Mere leg. Mire, et videsis.
— 190. — 15. loc. fuit leg. fit.
— 192. — 11. leg. *Phacorhiza.*
— 193. — 10. leg. Sclerotio *Semine*.
— 198. — 7. post compressa *add.* A cl. Esenbeck ut species distincta habita est, saltem etc.

Species quorumdam generum, hac in Sectione enumeratorum, jam cognitae sed fortuito omissae, aut sub impressionem noviter detectae, et praefatio, nec non terminologiae et iconum explicatio, cum sectione secunda, propediem editura, sequentur.

Tab. I.



Ja. Sturm sc.



Tab. II.



Iac. Sturm sc.



Tab. III.



Sturm sc.



Tab. IV.



Jac. Sturm sc.





Tab. V.
3
1
4
2
a
5
Iac. Sturm sc.



Tab. VI.













I. Sturm sc.





I. Sturm sc.

Tab. VIII.

1



2



3



I. Sturm sc.

Tab. IX.



I. Sturm sc.


Tab. X.



I. Sturm sc.



Tab. XI.



Iac. Sturm sc.

Tab. XII.



Iac. Sturm sc.



